Ascherleba, *Ascherleben*, urbec. in Saxonia & Principatu Anhaltino, ad Wipperam flu. 3. mill. Germ. à Mansfeldia in Austr. & quatuor ab Halberstadia in ort. subest nunc Electori Brandeburgico, uti Principi Halberstadiensi.

Asciburgium, oppidulum Germanię infer. nunc *Asburg* vicus Archiepiscopatus Coloniensi in Comit. Mursiensi, mill. p. à Mursia in ort. Duisburgum versus duobus, inter Rhenobergam ad Septentr. & Castra Ordeonis ad

ad Merid. & 36. m. p. à Colonia Agrippina in Septener.

* *Lælius Bisciola*, Asciburgi, & Leodii vocabula unde dicta? in hor. subsc. tom. t. lib. 8. c. 6.

Asciburgius, mons Germaniæ, ex Sarmaticis montibus ortum ducens, nunc mons Poloniæ ab accolis Polonis *Tatary*, initium ducit juxta oppidulum *Twardorzyn* in Hongariæ confinio, unde in Septenr. excurrens versus Wartam fluv. & Marchiam Brandeburgicam, ad mare Balticum deponitur. Trajectos ejus hic accolis *Gelenberg* dicitur.

Ascoli. V. Asculum.

Ascoria, *Ascoytia*, oppidul. Hispaniæ in prov. Ipuscoa, ad Urolam fluv. duabus leucis à Placentia versus ort. 5. à Fano D. Sebastiani, prope Seguræ montes.

Ascoytia, V. Ascoria.

Ascra, pagus Bœotiæ, ad Heliconem montem, à Thespia 4. stadiis.

Ascrivium, urbs Dalmatiæ, aliis Ascrovium, nunc est Castrum novum, *Castel novo*, oppidum ad sinum




Rhizonicum, & sub Venetis in ultimo bello, erat antea sub Turcis, 9. m. p. a Cattara in occas. totidem à mari Adriatico in ort. aliis fuit Cattara ipsa.

Asculum, Apulum cognomento, seu Satrianum, urbs Apuliæ Dauniæ, nunc *Ascoli*, quæ & *Ascoli di Satriano*, urbs Episcop. in Capitanata prov. in confinio Principatus ulter. ad radices Apennini (principatus) 35. m. p. à Beneventa in ort. 16. à Compsa Manfredoniam versus 30. & 18. à Troja in Merid. Venusiam versus 15.

* *Leand. Albert.* in descript. Ital. *Blondus* l. 22. hist. *Ferd. Ughellus* in Ital. Sac. T. 8

Asculum, Picenum cognomento, urbs



Piceni, nunc *Ascoli*, Episcop. in Marchia Anconitana, & in ditione Ecclesiæ, ad Truentum fluv. in confinio Aprutii ulter. 20 mill. ab ora maris Adriat. in occas. 9. à Monte alto in Austr. 18. à Firmo Aquilam versus 20.

* *Leand. Albert.* in descript. Ital.

Appianus Alexandr. l. 1. de bell. civ.

Antonius Appianus S. I. Asculi urbis res narrat fusè in Vita S. Emydii ejus urbis Episcopi, italicè edita Romæ. 1704. in 8.

Petrus Bellothius ponit praxim Cas. Res. Asculi in praxi Cas. Reservat. totius Piceni.

Josephi Lenti, clarorum Asculanorum præclara facinora. Romæ. 1622 in 8.

Tit.

Tit. Livius, 71. 72. & seq.
Velleius. Paterc. lib. 2.
de Thou histor. lib. 18.
Ferd. Ughellus de ejus Episcopis, in Ital. Sac. Tom. I. Vide Picenum.

Asdaæ, pop. Asiæ, ad Caucasum mont.

Asea, vicus, & fons Arcadiæ, ex quo Alpheus in occasum, & Eurotas in Merid. profluunt,

Asemum Regnum, *le Royaume d'Asem*, regio Indiæ extra Gangem, in mediterr. versus lacum Chiamæum.

Asena, oppidul. Hisp. Tarrac. in Carpetanis, nunc forte *Almeda* castrum Castellæ novæ in Hispania, aliis *Adamaz*, oppidul. ejusdem reg. non longe à Tago fluvio.

Aserus, *Monreal*, Siciliæ urbs.

Aserun, mons Tartariæ desertæ, in Asia, juxta Obium fluv.

Asfordia, & Asphordia, *Ashford*, castrum Angliæ, in prov. Cantio, ad fluv. Sturam, 9. mill. Angl. a Cantuaria in Merid. & duodecim a Dubri in occas.

Asgara, *Asgar*, prov. regni Fezzæ, in Africa, juxta litus Oceani Atlantici, inter ostia fluviorum Buragragi & Lucci, & provincias Fezzam & Hasbatam versus Fezzam extenditur.

ⁿ *Marmol* in Africa lib. 4.

Asia, palus Asiæ minor. cum opp. cognom. ad Tmolum mont. & Caystrum fluv.

Asia, maxima pars cogniti orbis ab antiquis, & in ort. valde extensa, à Gall. *l'Asie*, ab Hisp. Ital. & Angl. *l'Asia*, Ἀσία Græc. Tribus partibus percingitur vastissimo Oceano, qui ab Oriente vocatur Orientalis, seu Eous,

A S I A.



à Merid. Indicus, & à Septentr. Scythicus seu Tartaricus. Hisce temporibus dividitur à plurimis in septem amplissimas partes; sunt autem Turcica ditio in Asia, Arabia, Persia, Tartaria, Sinarum regio seu China, India, & insulæ, sub quibus quamplurimæ aliæ regiones continentur.

° *Hugonis Allardi*, nova, & exacta Asiæ Geographica descriptio. Amstelod.

Jo. Henr. Alstedius, in Encyclop. libro 18. qui est de Geographia, parte 3. cap. 11.

Petri Apiani Descriptio Asiæ, extat in ejus Instit. Geographica, & in ipsius, & Gemmæ Frisii Cosmographia.

Arriani Nicomediensis Historia Asiæ.

Jo. de Barros Asia, sive de rebus gestis Portugallorum in detectione, & acquisitione Maris, & Terræ in Oriente, tomis 3. sive Decad. tribus, Lusitanicè. tomus primus. Olyssipone. 1552. fol. secundus, ibidem 1553. fol. Tertius ibidem 1563. fol. accessit quartus ibid. 1615. fol. primus & secundus italicè, ex Lusitanico redditi per Alphonsum Ulloa prodierunt Venetiis. 1561. 4. & coniecit eos Ioannes Baptista Ramusius in suas Relationes.

Danielis Bartoli S. I. Historia Societatis Jesu tribus partibus, italicè, cujus prima pars inscribitur, l'Asia, prodiit Romæ. 1653. fol. & aucta, & recusa Romæ. 1667. fol. & Genue. in 4. & Latinè reddita à Ludovico Januino S.I. Lugduni. 1666. & 1667. in 4. 2. voluminibus, & Asiæ, pars 2. tomis 2. Romæ in fol. italicè, & Asiæ pars 3. italicè. Romæ. 1663. fol. & latinè reddita a *Ludovico Janino S. I.* Lugd. 1670. 4.

Petri Bellonii Observationes de rebus memorabilibus in Asia, Græcia, & Ægypto, præsertim circa plantas, animalia, &c. libris 3. cum animadvers. Caroli Clusii. Antw. 1589. in 8., & 1605. in fol.

Laur. Beyerlinck in Th. Vit. Hum. V. Asia.

Guil. Blaeu, Asia noviter delineata. Amstel. fol. reg. & apud Nic. Jo: Vischerum. 1657. Amstelod. & apud Frider. de Witt. ibid.

Nic. Blancardi, Asia antiqua cum sultimis Africæ, & Europæ Regionibus. Amstelod. ap. Jo: Jansonium.

Jo: Bohemius scripsit de Asia.

Jo. Botteri, Descriptio Asiæ, italicè, in suo opere, Relationi universali del Mondo, parte prima, lib. 2. vol. 1. & seq. *Idem*, de primariis Principibus Asiæ, italicè, ibidem parte 2. libro 2.

Jacobi Castaldi, Asiæ descriptio 3. partibus constans, cum nominibus locorum antiquis, & novis. Venet. foliis octo regalibus 1561. & pars 4. ibidem fol. regali.

Amanus Centono scripsit de Regnis Asiæ hispanicè. Cordubæ. 1595. in 4.

Claude Chauliner, le tableau, ou descri-

description de l'Asie. à Lyon. 1654. in 12.

Corìolani Cippici de Bello Asiatico libri tres. Venetiis. 1594. 8.

Herm. Conringii, Adversaria Chronologica, de Asiæ, & Ægypti Dynast. Helmst. 1650. 4.

Vincent. Coronelli de Asia, in Cursu Geographico cum tab.

Didaci de Couto, A quarta, quinta, sesta, septima, octava, nona, decima, undecima, e duodecima Decada da Asia, quarum quatuor priores editæ sunt Lusitanice. Olissipone. 1602. 1614. 1616. fol. reliquæ servantur M. SS.

Olffert Dapper, Beschreibungen von Asia / alle die Landschaften / Stadte / Stetenn / Sitten / Religion / etc. 2. Theilen mit schöne Kupffern. Nurnb. 1681. fol.

Ejusd. Asia, seu nova descriptio Regni Magni Mogolis, & magnæ Indiarum partis cum æneis figuris, belgicè, sub titulo, Beschryving van Asia en Indien and andre gewesten, vol Kopere platen. Amsterod. 1672. fol. *Ejusd.* Nova descriptio Asiæ, belgicè. Roterod. 1680. fol.

Jo: Baptistæ Egnatii, Asiæ Imperia supra quingentesimum, & millesimum Annum reperita, extant in ejusdem libris 3. de Romanis Principibus.

Manuel de Faria y Sousa, Asia Portuguesa, Lusitanice. en Lisboa. 1677. fol. 2. voll.

Odorici a Foro Julii, Historia suæ Peregrinationis per varias Asiæ Regiones.

Seraphinus de Freitas, de justo Imperio Lusitanorum Asiatico, adversus Grotii Mare Liberum. Pinciæ. 1620. 4.

Jo: Bapt. Gramaye, Asia, sive Historia Universalis Asiaticarum Gentium, & Rerum gestarum. Antu. 1604. 4. Colon. 1529. 4.

Phil. Ludovici Hannekenii, Epitome historiæ Asianæ. Giessæ. 1660. 8.

Herodotus lib. 4.

Jo: Jacobus Hofman in Lexico univers. v. Asia magna, exhibet plures, & pulcras Eruditiones, & recenset ipsius Regiones, Civitates, &c.

Henrici Hondii, Descriptio Asiæ majoris ap. Jo: Jansonium.

Jo: Danielis Majoris, Vorstellung etlicher Kunst-und Naturalien Kammeren in America und Asia. Kiel. 1674. fol.

Andrea Manento, le Glorie tradite dell' Asiatico Impero nel Triumvirato di Casa di Lascari. Brescia. 1660. 4.

Jac. Matalii Metelli, Asia Tabulis æneis delineata, Historicarum rerum veste ornata. Ursell. 1600. fol.

Pomp. Mela, lib. 1.

Petrus Messia de Asia, & ejus Incolis, italice, in Selva rinovata p. 4. c. 43.

Michondus Persa, qui aliàs *Emir Choand* dicitur, condidit Historiam Asiaticam 7. libris Linguâ Persicâ, quam M. SS. habuit Erpenius, & in Bibliotheca Viennensi quoque extare dicitur.

Lud. Morerius in Dict. hist. v. Asie.

Bareb. Nihusii, Chorographis nonnullarum Asiæ Provinciarum ad Tygrim, Euphratem, & Mediterraneum, ac Rubrum Mare, nempe Assyriæ, Mesopotamiæ, Babyloniæ, Syriæ, Palæstinæ, Arabiæ, Troglodyticæ. Colon. 1658. 8.

Joh. Ogleby, aliis *Ogliby*, history of Asia. London. 1674 fol.

Philippi Andr. Oldenburgerus describit Regna Asiæ in parte prima sui Thesauri Rerumpublicarum totius Orbis.

Abr. Ortelii, Asiæ Mappa universalis. Antu. 1587.

Philostephanus Cyrenæus de Asiæ Civitatibus.

Plinius de Asia, in libro 5. & 9.

L. Cælius Rhodiginus de Luxu Asiatico, in Lect. antiquis, libro 7. cap. 10.

Aug. Riccardus paucola mysticè in Comm. Symbol. v. Asia.

Gerhardus de Riedersfordia de Expeditione Asiatica sub Federico I. & II. suscepta. Viennæ.

Jo: Jacobi de Rubeis, totius Asiæ nova, & exacta Tabula. Romæ. 1671.

L. M. S. Asiæ Descriptio. Paris. 1656. fol.

Mr. Sanson, Asiæ veteris descriptio, Tabula Geographica. Paris. 1666. fol.

Thomæ Smith Epistolæ 4. videl. de Moribus Turcarum cum 7. Asiæ Ecclesiarum, & Constantinopoleos Notitia. Oxonii. 1672. 8. & editio nova. Trajecti ad Rhenum. 1694. in 8.

Strabo lib. 1. & 2.

Ænea Sylvio (qui postea *Papa Pius II.* nuncupatus fuit) Asiæ descriptio, italice. Colon. in 8.

Joachimi Vadiani, Epitome trium terræ partium, Asiæ, Africæ, & Europæ. Tiguri. 1534.

Pierre du Val, l'Asie 1661. chez Jacques Lagni, & à Paris.

Hugo a S. Victore de Asiæ Regno, in tomo 2. operum, libro 5. cap. 8.

Richardus a S. Victore de Asia, & partibus ejus, in tractatu Exceptionum, libro 3. cap. 2.

Jo: de Vitriaco scripsit de Asia.

Raphael Volaterranus de Asia libro 10. Comment. Urban.

Ewerhardus Wern Happellius edidit Onogambo Asiaticum. 1682.

Anonymi, Expeditio Asiatica Frider. Imp. Ingolst. 1604. 4.

Asia tabulis delineata. Ursellis. 1600. fol.

Beschreibung von Asia. Amst. 1670. fol.

Asiaticum Concil. sub Victore circa celebrationem Paschatis anno 197. extat in Editione Conciliorum. Paris. 1644. tomo 1. fol. 264.

Marcus Battaglinus scribit de eo Italicè in Historia Univers. Conciliorum tomo 1. pag. 23.

Vide Orbis Terrarum. V. Cosmographica.

Asia Minor, *la Natolie* Gallis, *la Natolia* Italis, regio est ampla Asiæ, maximè in occasum extensa versus Europam; terminatur a Septentr. Ponto Euxino, ab Oriente Syria, & Armenia majore à qua separatur Euphrate fluv. à Merid. mari Lycio & Pamphilio, ab Occid. mari Ægeo, Hellesponto, Propontide, & Bosphoro Thracio, quibus ab Europa separatur: continetque Bithyniam, Mysiam, Æolidem, Joniam, Cariam, Lyciam, Pamphyliam, Ciciliam, Armeniam minorem, Cappadociam, & Paphlagoniam, intus verò Galatiam & Phrygiam magnam. Reliquæ partes harum sunt, totaque Turcis paret; nunc autem dividitur in quatuor partes: quarum major versus Occidentem & mare Ægeum extensa, propriè *Natolia* vocatur; ibique fuerunt alias Bithynia, Paphlagonia, Mysia, Phrygia, Lydia, Æolis, Jonia, Caria, & pars Galatiæ. Altera pars versus Pontum Euxinum & Septentr. *Amasia* dicitur, seu etiam *Rum*, ubi alias Pontus, Cappadocia, & pars Galatiæ. Tertia, *Caramania* dicta, ad Meridiem & juxta mare Mediter. occupat totum terræ tractum, ubi alias Cilicia, Pamphilia, Licaonia. Quarta, in Orientem porrecta versus Euphratem *Aladuli* dicitur, continetque Armeniam minorem antiquam.

* *Jo: Blaeu* tabula Natoliæ.

Jo: Jacobus Hofman in Lex. univ. (v. Asia minor) ennumerat ejus regiones, civitates &c.

Jo: Jansonii Tabula Geograp. Natoliæ.

Ludovici Nonni, Comm. in Hub. Golzii Nummos Græciæ, & Asiæ minoris. Antu. 1620. fol. ibid. 1644. fol.

Miguel de Naples, Asia menor y estado de la Religion de S. Francisco en ella. Madrid. 1654.

Abrah. Ortelii, Natoliæ, quæ olim Asia minor, descriptio, extat in ejus Theatro Orbis. Antuer. 1595.

Ptolomei, Tabula 1. Asiæ, in qua Galatia, Asia minor, &c. extat in operibus ejusdem Ptolomæi.

Mr. Sanson, Asiæ minoris Mappa. Paris. 1666.

Solinus de Asia minori, in Polyhist. cap. 53.

Tzetzes de Asia minori, in ejus libro de Mithridate, &c.

Jacobi Usserii de Asia proconsolari (quæ erat Asiæ minoris pars citerior, hoc est Asia cis Halym, & montem Taurum) opusculum. Loudini. 1687. 8.

Natoliæ, quæ olim Asia minor, Tabula Geographica (Annus & locus impressionis non adsunt) characteris



tamen, & Lingua Italica, Venetiis prodiisse, indicant.

Vide qui de Asia Majori, qui de Cosmographia.

Asiæ minoris præfectura, *le Beglierbeglich de Natolie*, una est ex quatuor partibus Turcicæ ditionis in Asia min. sub qua comprehenditur media ferè pars Asiæ min. versus occas. quæ propriè *Natolia* etiamnum dicitur.

Asia propriè dicta, Asiæ minoris regio, Mysiam seu Phrygiam minorem cum Troade, Æolidem, Joniam, Cariamque, cum Lydia & Phrygia magna provincias mediter. complectitur.

Asiaticum mare propriè dictum alluit Asiam min. versus Merid. & vulgò, *la Mer de Rhodes*, & *la Mer de Caramanie*.

Asiba, opp. Asiæ min. in Cappadocia, versus Euphratem flu. & Moschicos montes, 30. mil. ab ora Ponti Euxini, in Austr. *Item* opp. Ponti in Asia min.

Asida, seu Asila. Vide Asindum.

Asilium, in Fuxensi Comit. V. Azilium Mantum.

Asinaria. V. Diabate. V. Herculia insula.

Asinaria, *l'Asinara*, ins. est Italiæ, in ora occid. Sardiniæ ins. ubi tendit ad Sept. aliàsq. Herculia ins. dicta, circuitus est 28. mil. p. & pertinet ad Sassarim urb. à qua 15. mil. in Sept. uti 4. à prom. Gorditano.

Asindum, quod aliis Asinda, opp. Hisp. Bæt. nunc *Medina Sidonia*, in Vandalitia prov. (Ducatus Guzmanæ domus) 9. leucis à Gadibus in ort. & 4. ab ora litt. Mundam versus 31. & 20. ab Hispali in Austr. a quibusdam recentioribus Asidonia dicitur, fuitque olim urbs Episcop.

Asinæus Sinus. Vide Messeniacus sinus.

Asine, opp. fuit Peloponnesi in Messenia, quod nunc *Farnomoni*, est dirutum, *Item*, urbs fuit parva Argiæ reg. in Peloponneso, cognomento Hermionica, aliis est Argivę terrę pagus, nunc *Vulcanos*, in ora Boreali sinus Argolici, 15. mil. a Nauplia in ort. versus Scyllæum prom. *Item* ins. Peloponnesi, in ora occid. apud Pylum opp.

Asinello, V. Trinium.

Asineriæ, *Asnieres Bellay*, Abbatia Galliæ in Andegavensi prov. & in ejus parte merid. versus Pictaviam, inter Monstrolium Bellei & Duacum oppida.

Asines, & Asinius, flu. Siciliæ. Vide Acelines.

Asisia opp. Illyrici in Liburnia, & in mediter. quod & Adisia, nunc excisum, locus *Beribir* aliis *Ivenigrad*, castrum est in limite Bosniæ, sub Turcis, 30. m. p. a Sebenico in Bor.

Asius, flu. Italiæ. Vide Clasius.

Askarna, *Ascherne*, oppidul. Hiberniæ, in Momonia prov. & Limericensi Comit. ad flu. cognom. Aliis *Ascheten*, 15. mil. Hibern. a Limerico in occas.

Aslogen, V. Asloa.

Asloia, urbs Episc. in regno Norvegiæ.

* Nova, & accurata tabula Episcopatuum Stavangriensis, Bergensis, & Asloiensis, &c. Amst. ap. *Jo: Jansson.* fol. exp.

Asmera, *Asmere*, urbs in India, & prov. *Banda*, prope fontes flu. *Padder*, ab urbe Agra 70. leucis in occas. 15. ab urbe *Bando*.

Asmirea, regio Sericæ in Asia, ubi nunc Kaimachitæ populi propriè dicti, *Item*, urbs Sericæ in Asia, ad Occhardem flu. nunc *Chaean-Kaimach*, urbs Tartariæ magnæ.

Asmiræi, montes Asiæ, in Serica reg. ubi etiam Asmiræi pop. versus Issedonem Sericam, ubi nunc forsan Kaimachitarum regio, & pars Tartariæ late sumptæ.

Asna. V. Syene.

Asnan. V. Mesacompso. V. Tachompso.

Asnaus, mons Macedoniæ, inter quem & Æropum alium montem, Aous flu. decurrit.

Asnidia. Vide Essendia.

Asola, *Asola*, oppidul. agri Brixiani, ad flu. *Chiese*, in ditione Veneta, à Brixia 25. m. p. in ort. hyb. a Mantua 20. mil. in occas. prope limites Ducatus Mantuani.

Asole. V. Acelum. V. Asulum.

Asopa

Aspa. V. Anaplistus.
Asoph. V. Tanais.
Asophos, oppidulum erat Palæstinæ, in Gallilæa, ad Sepphervam urb. & Jordanem flu.
Asopia, pars fuit Sicyoniæ prov. in Peloponneso.
Asopo. V. Asopus.
Asopus, flu. Bœotiæ, nune *Asopo*, oritur ex Githeronemonte, &versus Oropum oppid. in Euripum se exonerat. *Item* flu. Locrorum Epicnemidiorum, in limite Thessaliæ, oritur ex Oeta monte, & accepto Phœnice fluvio in Sinum Maliacum se exonerat, 15. stadiis à Thermopylis, vulgò etiam *Asopo*. *Item* Asopus, Lydiæ flu. in Asia min. qui in Lycum cum Caprode-labitur. *Item* Macedoniæ flu. qui Heracleam rigat. *Item*, flu. Peloponnesi, in Sicyoniæ tractu, nunc *Arbon* vulgò, oritur ex monte Cœloste, & in sinum Corinthiacum se exonerat prope Sicyonem. *Item* oppid. Peloponnesi in Laconia reg. & in ora litt. Sinus Laconici cum portu in Chersoneso, inter Boam opp. ad ort. & Eurotæ ostia ad occas. Etiam *Asopo* à quibusdam, sed a nautis & aliis *Rampano*, & *Castel-Rampano*.
Asoro. V. Assorus.
Aspa. V. Aspachora.
Aspa. Vide Aspahamum.
Aspacharathæ, pop. Asiæ, in Serica reg. ubi nunc regio *Tainfu*, versus Sinas.
Aspahamum, alias Aspa, *Hispahan*, urbs est Persiæ in prov. *Yerach*. A multis *Aspahan* & *Haspachan* & a Persis *Spahan*; habet in ambitu 16. mil. & rigatur flu. *Zenderond*, qui a monte *Dimavend* delatus ipsam in duas partes secat, a Schirasio itinere decem dierum in Sept. totidem a Cashino in Meridiem distat.
Aspalathos. Vide Spalatum.
Aspaluca, oppidul. Aquitaniæ in Tarbellis, inter Tolosam & Cæsar-Augustam, nunc est *Acous*, locus in medio Vallis Aspæ in Benearnia, ad radices Pyrenæorum montium, 12. m. p. ab Olorone in Austrum versus confinia Aragoniæ, ad amnem Gabarum Aspensem, *le Gave d'Aspe*, dictum.
Aspavia, oppid. Hisp. Bæt. nunc *Espejo*, oppidul. in Vandalitia, Cordubæ proximum, ad Salsum flu. inter Cordubam & Astygiin, & prope Castrum Rivi.
Aspeicia, *Aspeycia*, castrum Hispaniæ in Ipuscoa prov. ad Urolam flu. 5. leucis a Tolosa oppido in occas. & paulo plus ab ora litt. in Merid.
Aspendus, urbs fuit Asiæ min. quæ & Aspendum, Episcop. ad Eurymedontem flu. 60. stadiis supra ejus ostium in dor. 18. a Perga in ort. Cybiram min. versus. Hic Veneri suibus Sacrificabant.
Aspensis Gabarus, *le Gave d'Aspe*, flu. Aquitaniæ, & in Benearnia tractu, oritur ex Pyrenæis in limite Aragoniæ, & juxta Oloronem in Gabarum Oloronensem cadit.
Asperosa. V. Abdera.
Asperum mare, seu Barbaricus Sinus, & Barbaricum pelagus, pars maris Æthiopici australis, versus oram Africæ & Æthiopiæ sup. inter Zanguebariam reg. in continenti ad occasum, versus Raptum prom. & ins. Madagascariam nunc vulgò, *la mer de Zanguebar*, & *la coste de Melinde*, terminatur a Septent. Mari Azanio.
Asphaltis lacus, & Asphaltites, nunc *la Mer Morte* Gal. *il Mare Morto* Ital. Ἀσφαλτίτης Græc. lacus Palæstinæ, ubi alias vallis Sylvestris, alter mare Salis, mare Salsissimum, & mare Deserti & solitudinis, ejus longitudo est 580. stad. ab Aquilone in Austr. latitudo ab Occid. in Orient. 150., 35. mil. ab Hierosolyma in ort. & in eum influunt Jordanis flu. atque Arnon, Dibon, & Zered torrentes, dictus ab incolis illius tractus *Babheret Louth*, aliis *Bahar Melach*. Non rejicit pondera, sed ob nimiam salsedinem ea sustinet.
* *Joseph. hebræus*, lo antiq. Jud. l.1. c.9. & 10 bello Judaico l.4. c.27. *Fortunius Licetus*, de eo, in Hydrologia peripat. *Lud. Morerus* in dict. histor. *C. Plinius*, lib.5. cap.16. da *Recoles*, in additionibus ad Davity, in delecipt. Asiæ pag. 174.
nec pisces in illo, nec in ripa Aves aquis gaudentes, ideo mare mortuum dicitur.
Asphe-Vieio. V. Aspis.
Aspida. V. Aspithra.
l'Aspido, V. Aspis.
Aspis, *Aspe Viejo*, opp. Hispaniæ, ad Eldam flu. in regno Valentiæ, 4. leucis ab Alona in occas. & paulò supra Illicim, 7. leucis a Murcia in ort. æst.
Aspis, *l'Aspido*, amnis Italiæ in ditione Ecclesiæ & in Marchia Anconitana. Cadit in Musonem prope Lauretum, & dein cum eo in mare Adriat. se exonerat. *Item* mons & opp. Africæ propriæ, ad Hermæam prom. nunc *Meis* incolis. *Item* oppidul. Africæ, ad Syrtim maj. ad initium, inter Calumacumam & Sacazamam pagos, nunc *Lard* incolis.
Aspiri, pop. fuere Asiæ, in Scythia intra Imaum, ubi etiam Aspisius mons, ibi nunc pars Tartariæ desertæ.
Aspithra, *Ta*, flu. Imperii Sinarum, qui ejus partes australes rigat & infra Aspithram urb. in Oceanum cadit. *Item* urbs Sinarum, ad fluvium cogn. nunc, *Quancheu* Quancheum, quæ prov. Quantoniæ caput est ad flu. *Ta*, qui paulo infra in Oceanum se exonerat.
Aspithræ, pop. fuere Sinarum, in parte merid. illius reg. ubi nunc forsan provinciæ Junnania *Junnan*, Quansia *Quansi*, & Quantonia, *Quantung*.
Aspledon, urbs Achaiæ, alias Bœotiæ, & Phocidis.
Aspona, urbs fuit Galatiæ, Episcop. ab Ancyra 64. mil. p. in ort. Parnatum & Archelaidem urb. Cappadociæ versus.
Aspra. V. Casperia.
Aspreniacum, Vide Sparnacum.
Aspro. V. Achelous.
Aspro. V. Aptus.
Asprocastron. V. Bialogroda.
Aspropiti. V. Chalcos. V. Cyrrhæ.
Aspropotamo. V. Achelous.
Aspro-Thalassa. V. mare Ægeum.
Aspuca, urbs fuit Africæ in Numidia.
Assæ, *les Assas*, pop. Africæ, in Guinea meantes. inter Aboraas & flu. Mancum.
Assa Paulini. Vide Ansa.
Assacana, Indiæ regio.
Assach. V. Joviacum.
Assachiuff. V. Scaphe.
Assadib. V. Cyrenaica.
Assara, flu. Mauritaniæ Cæs. in mare Mediter. inter Sigam urb. ad occas. & Portum magnum ad ort. influens, *Sensis* incolis.
Assaracæ, pop. fuere Lybiæ Inter. forsan ubi nunc regnum *Biafara*, versus Guineam.
les Assas. V. Assæ.
Assensa. V. Merula.
Assera. V. Assorus.
Asseriates, pop. Alpini, Anauniensibus finitimi, in Tridentinorum confinio quorum tractus *Val di Serra* hodie.
Asserimum, *Asserim*, castrum Indiæ, in regno Cambaiæ & imperio Magni Mogolis, a mari Indico 35. leucis Hisp. in ort. totidem ab urbe Surata in Merid. Paret Lusitanis, dicitur etiam *la Roche d'Asserim*.
Assin. V. Irys. V. Assinum.
Assinarius, amnis Siciliæ, *la Falconara*, prope Netum urb. labitur & in mare Jonium se exonerat 10. mil. a Pachyno prom, in Sept, Syracusas versus.
Assindium, aliter Essendia. Vide ibi.
Assinshire. V. Assinus tractus.
Assinum, *Assyn & Assyn beg*, castrum Scotiæ sept. in Assino tractu Rossiæ, in ora maris Deucaledonii in limite Strath-Naverniæ prov, a quo 5. mil. & ei fere adjacet lacus, *Loch Assin*.
Assinus tractus, *Assynt*, prov. Scotiæ sept. quæ propriæ pars est Rossiæ prov. ad occas. extensa juxta Deucaledonium mare, & versus Strath-Naverniam prov.
Assis, ins. parva Italiæ, quam efficit Tiberis flu. ad ejus ostia inter Portum & Ostiam, alias ins. sacra dicta, nunc vulgo *l'Isola Grande*, 12. mil. a Roma in Merid. in ora maris Tyrrheni.
Assisia. Vide Assisa.
Assisium, quæ & Æsisium, vulgò *Assisi* incol. *Asise* Gal. urbs Umbriæ in ditione Ecclesiæ, est Episcop. 4. mil. a Clasio flu. 11. a Perusia in ort. Fulginium versus 9. & 14. ab Eugubio.
* *Theobaldi Assisiatensis Episc.* (clar. 1308.) historia Indulgentiæ S. Mariæ de Portiuncula prope Assisium.
Franc. Bartoli ord. min. historia S. Mariæ de Portiuncula, &c. clar. 1407.
Mich. Bernardinus ord. min. (clar. 1.77.) de veritate, & excellentia Indulgentiæ S. Mar. de Portiuncula, liber.
Marci Ant. Bonciarii, heroico carmine, de perenni Animorum expiatione divinitus data in templo Virg. Mariæ, quod dicitur Angelorum, prope Assisium, libri 3. Perusiæ. 1606.
Michel'Angelo da Bologna, Indulgenza plenaria, e Giubileo perpetuo per tutti i fedeli &c. concessa dalla Bocca di Giesu Christo ad' instanza del P. S. Francesco &c. alla Capella della Madonna degli Angeli in Assisi &c. la seconda volta data in luce, coretta, & ampliata con l'aggiunta di 72. Privilegii proh.b. in Ind. Rom.
Bened. Celleni ord. min. de prærogativis magni Conventus Assisiatis. Perusiæ. 1611. in 8.
Conradi Assisiensis Episc. hist. In-

dulgentiæ S. M. de Portiuncula &c. liber.

Simonis Creminensis ord. eremit. S. Aug. de Indulgentiis S. M. de Portiuncula.

Gabr. Fabri ord. min. Assisiensis



Ecclesiæ panegyricus. Romæ. 1627. in 4.

Franc. Fabrianensis ord. min. liber de veritate & excellentia Indulgentiæ S. Mariæ de Portiuncula, obiit. 1322.

Thomæ Franco, Concio de Portiunculæ indulgentia fol. 473.

Lodovico Giacobillo, Sommario dell' Indulgenza perpetua plenaria concessa da Giesu Chr. e da Papa Onorio III. alla Chiesa di S. Maria delli Angeli di Assisi nel primo giorno di Agosto confermata. a Foligno. 1620. in 4.

Innocentii Papæ X. Const. 44. (quæ extat in Tomo 5. Bullarii Cherubini) sub titulo, declaratio, quod Indulgentia Portiunculæ in Anno Sancto non revocatur.

Bened. Mazzarra, de Indulgentia S. M. de Angelis, in Viti SS. ord. S. Francisci suo die 2. Augusti.

Andr. Mohr. Portiuncula parva Portiunculæ Assisiatis, Salisb. 1670.

Petri Nunnez de Castro ord. min. de S. Maria de Portiuncula discursus unus, &c. hispanice. Kivisicci. 1618. in fol.

Franc. Suriani ord. min. de Indulgentia B. Virg. apud Assisium, liber.

Steph. Tosi ord. min. de observ. de Indulgentia S. M. a Portiuncula in agro Assisinate. Tract. 1. italicè. Urbini. 1644. in 4. *Ejusd.* de sanctitate Capellæ S. Mariæ Angelorum tract. ital. ibid.

Ferd. Ughellus, de Assisio, & ejus Episcopis, in Italia Sacra tomo I.

Urbani VIII. Const. 55. cui titulus, declaratio, quòd Indulgentia Portiunculæ in anno Sancto non revocatur & const. 295. sub titulo, Indulgentia perpetua in Ecclesiis Fratrum tertii Ordinis S. Francisci pro Festo Portiunculæ & const. 300. pro tollenda controversia inter Fratres Minores Conventuales, & Minores de Observantia S. Francisci circa Eleemosinas Capellæ de Portiuncula nuncupatæ erogari solitas.

Dominicus Tuschus, de Assisii Civitatis statutis, privilegiis &c. in Conclus. Pract. utr. Jur. Lit. A.

Asso. V. Suriunt.

Asso, opp. Hisp. Tarrac. in finibus Bastitanorum, nunc *Ussea*, vicus Hispaniæ, Bigerræ finitimus, sive locus *Assota* in viciniis, & in regno Granatensi in confinio Murciæ.

Astot Aotiopia, חָצוֹר Hebr. urbs fuit Palæstinæ, Chananæorum præcipua, in tribu postea Nephtali, non longè a finibus Tribus Aser, hodie *Antiopia* vicus, à quibusdam Azama Alot.

Assorus, oppid. Macedoniæ in Mygdonia tractu, juxta flu. Echedorum, 10. mil. p. ab Apollonia in Bor. Antigoniam versus, nune dirutum, a quibusdam *Assera*. Item opp. Siciliæ, Assorium, aliis Asserus, nunc vicus Siciliæ insl. *Asoro* in Valle Nemorensi, (Comitatus) 12. mil. a Rayalburo in occas. hyb.

Assoro. V. Asso. V. Assoros.

Assum, prom. Troadis prope rudera urbis cogn. nunc *il Capo di S. Maria* à nautis, & *Bababourn* à Turcis, in ora Asiæ min.

Assum, urbs Troadis, quæ & Assus & Apollonia, in Asia min. Episcop., nunc vicus, *S. Quaranta*, in ora sinus Adramitteni, 16. mil. p. à Lecto promontorio in ort. Gargaram versus paulò minus, 13. a Lesbo ins. in Sept. & 30. ab Antandro in occas.

Assumptio, *l'Assomption*, urbs prope flu. Argenteum, in reg. Paraguaia & in prov. flu. Argentei aliter Beata Maria Assumpta, 80. leucis a Guaira opp. in occas. 200. a S. Cruce *de la Sierra* ort. versus & sub Hispanis, Episcop.

Assur. V. Antipatris. V. Assur.

Assur, Palæstinæ urbs marit. haud longè a Rama, *Arsid*, vulgariter.

Assurus, urbs Africæ propriæ, aliis Assures, Episcop. media inter Siccam Veneriam ad occas. æst. & Sufetulam ad ort. hyb. 120. m. p. a Carthagine in Merid.

Assyrani, nunc Baccasara. Vide Baccasara.

Assyria, regio est Asiæ, olim regnum amplum fuit, complectens Assyriam propriam, Mesopotamiam, & Babyloniam, ejus termini erant à Sept. Armenia maj. ab ortu Persarum Imperium, ab occasu Syria, & Asia minor, & a Merid. Arabia deserta.

Assyria propria, regio Asiæ & pars Adyriæ magnæ, terminabatur a Sept. partim Armenia maj. & partim Media, ab ortu eadem Media, a Merid. Babylonia, & ab occasu Mesopotamia, a qua divisa erat Tigri fluvio, nunc *Yerach* vulgò incol. & *Yerach Agemi* aliquando ex parte, est fere tota sub Turcis, & in limite ditione

nis Persiæ.

* *Ælianus*, de Assyriis, lo variis Græcis sparsim.

S. Augustinus l.12. de Civitare Dei c.5. & 10. & l.18. c.21.

... *Berosus*, de Regibus Assyriis de Antiquit. lib.5.

Laur. Beyerlinck, In Th. Vit. Hum. V. Assyria.

Cœlius Crinitus, de quibusdam Assyriorum Regibus.

Fagii, institutiones Linguarum Cyriacæ, Assyriacæ &c. Paris. 1554. in 4.

Jo: Jacobus Hofman, in Lexico univ. V. Assyria. V. Syria.

Ulr. Hubertus, de genoina ætate Assyriorum, & Regno Medorum. Franck. 1663. in 8.

Jamblicus, de Assyriorum Mysteriis, extat cum Marsilio Ficino, in tomo 1. opecum ejusdem Ficini.

Christianus Matthias, de Assyriorom Monarchia, in Theatro Historico de 4. Monarchiis, Amstelod. 1656. in 4. io libro 1.

Petrus Messias, de Assyria, & ejus populis, in *Selva rinovata* p.4. c.45.

Lud. Mororius, in dict. hist.

Nahum Propheta, de totius Assyriorum Regni subversione, in sua Prophetia.

Dion. Petavius, l.9. c.12.

Marcellinus de Pise, recenset ritus Assyriorum in tomo 3. Encyclopædiæ.

Cl. Ptolomæi, Tab. quinta Asiæ, in qua repræsentantur Media, Assyria, &c. in suis operibus.

L. Cœlius Rhodiginus, de Assyriorum ritibus, & an distinguantur à Syriis Assyrii 27. in Lect. Antiquis, libro 18. cap. 34.

Nic. Sanson. Tabule 6. Assyriæ, Paris. 1666.

Diodorus Siculus, de rebus Assyriis io sua Bibl. historica.

Godfrid Smoll, de antiquitatibus Assyriorum, io suo memoriali rerum admirabilium &c. prohib. in Ind.

Solinus, de Assyria, in Polyhist. cap. 58.

Tzetzes, de Assyriorum rebus.

Hugo a S. Victore, de Assyriorum Regno, io tomo 2. operum, libro 5. cap. 3.

Alphabet des Lieux remarquables en l'Histoire des Assyriens, des Perses, &c. Paris. 1660. 12.

V. de Syria.

Asta, Pompeia a nonnullis cognominata, urbs est & col. Galliæ Cisalp. in Liguria, ad Tanarum flu. *Asti*, nunc



incol, *Aste* Gal. urbs Italiæ Episcop. 9. mil. a Nicæa Palæa in Occid. æst. 15. à Casali in Austr. Albam versus 10. & 16. ab Alexandria in occasum, Taurinum versus 20. subest Sabaudiæ Duci.

* *Phil. Alabardi*, Clypeus Civitatis Asteusis Lugd. 1656. 4.

Ferd. Ughellus, de ejus Episcopis in Ital. Sac. Tom. 4.

Principatus Pedemontii, Astæ, &c. Amst. ap. Joi Blaeu.

Asta, urbs fuit Hisp. Bæt. in Turdetanis, quæ etiam, Asta Regia, ad Lethem flu. nunc, *Mesa de Asta*, Arcensem urb. versus 8. m. p.

Asta, *Asta*, opp. Asiæ, io India citer. & regno *Decani*, inter Visiaporam & Dabulam urbes, 15. leucis utrimque.

Asta. V. Astucia. V. Asta.

Astabeni, pop. Hyrcaniæ.

Astaboras, flu. Æthiopiæ sup. *Tacassi*, & *Tacaze*, in Abassinia, oritur in Angotino regno, & in Nilum se exonerat, in Nubia reg.

Astacapra, urbs Indiæ citer. seu intra Gangem, prope ostia Indi flu. quæ à Castaldo *Campanir*, aliis & melius Astacapra, ubi hodie *Janager*, in prov. *Soret*.

Astacarà, & Istachra, *Astachar*, urbs Persiæ, juxta flu. *Bendimir*, prope ruinas antiquæ Persepolis. Vide Persepolis.

Astaceonm æstuarium, tractus Hisp. Bæt. nunc *la Marisma*, in Vandalitia reg. juxta ostium flu. Bætis, extenditur versus oppida Nebrissam & Palatium.

Astacenus sinus, nunc *le Golfe de Comidia*, pars Propontidis in Bithyniam excurrens ad ort. versus Nicomediam.

Astaces, flu. Asiæ minoris in Ponto, rigat campos, in quibus Equæ potæ Lac nigrum prebent Gentibus, qui eo aluntur.

Astachar. V. Astacara.

Astacia, urbs Bactrianæ reg.

Astaco. V. Bajon Astacur.

Astacus, urbs Bithyniæ in Asia min. in ora Boreali Astaceni sinus 15. mil. à Nicomedia urbe in occas. æst. 50. ferè à Constantinopoli in ort. nunc ferè diruta, *Geivise*.

Astacus, Macedoniæ urbs, in Acarnania reg.

Astagoa, *Astago*, urbs, in Æthiopia infer. & imperio Monemugi, versus limites Zanguebariæ reg. & Mozambici regni.

Astalum, *Adstas*, oppidul. Ins. Islandiæ, in parte sept. in mari Deucaledonio, prope sinum Skagam, 3. mil. Germ. ab urbe Halar in Merid. sub Rege Daniæ.

Astalicis, seu Astacilicis, urbs Mauritaniæ Cæs. nunc *Tefezara*, oppid. Bat-

Barbatiæ, in regno Algerii in medit. prope Timici urb.

Astapus, flu. Æthiopiæ sup. nunc Abanhus, *Abanhi* ab incolis illius reg. & *Tazaco* secundum alios, in Nilum se exonerat.

Astaracensis Comit. seu tractus *l'Estarac*, seu *le Comte d'Estarac*, tractus in Vasconia super. & pars Comit. Armeniacensis, inter Comit. Convenarum ad ort. & Bigerrensem ab occas.

Astarum, oppidul. Ins. Islandicæ, in parte septentr. in mari Deucaledonio, prope sinum Sagam.

Aste. V. Asta.

Astelsus, flu. Colchidis in Asia, nunc *Engur* ab incolis, oritur ex monte Caucaso, & in mare Nigrum labitur, 20. mil. ab ostio Cobii fluv. in Sept.

Astenidum. Vide Stanacum.

Astensis Comit. *l'Astegiano*, & *il Contado d'Asti* incol. *le Comte d'Ast* & *l'Astezan* Gallis, nunc sub Duce Sabaudiæ, terminatur ab occasu Pedemontio, ab aliis partibus undique cingitur Ducatu Montisferrati.

Astepa, urbs Hisp. Bæt. ab aliis Ostipo dicitur. Hæc à Marcello obsessa, ne in Romanorum potestatem veniret, ☞ se ipsam cum filiis, uxoribus, & opibus, teste Livio, concremavit, nunc diruta ad Singulim flu. ex ejus ruinis excitata fuit Astepa nova, *Estepa*, urbs Vandalitiæ in limite regni Granatensis, duobus leucis ab Ursone in ort. tribus a Singuli flu. 5. ab Astygi in Merid.

Asterabaria, *l'Asterabath*, prov. Persidis, non longe a mari Caspio, in regione *Tabarestan*. Oppidum habet cognomine versus montes, quod 20. leucis ab urbe Gorgiano in occasum, & circiter 50. leucis a mari Caspio distat, teste Oleario.

Asteria, ins. maris Jonii, inter Ithacam & Cephaleniam, dicitur etiam Asteris, nunc *Dasdastalio*.

Asterion, flu. Argiæ reg. in Peloponneso.

Astetlania, *Astetlan*, prov. novæ Hispaniæ, ad sept. prov. Cinaloæ, non longe a mari Purpureo.

Asti. V. Asta Pompeia.

Asticanum, *Asthecan*, urbs Asiæ in Mawaralnahra reg. tractus cognominis caput, in prov. *Al-Sogd*, ad flu. cognom. a Samarcanda 3. parasangis, ejus tractus extenditur itinere 5. dierum in longitud.

Astiæ, prom. Thraciæ ad Bosphorum, nunc vulgo *Cevrion*.

Astigi. Vide Astygi.

Astir, *Steyr*. Vide Asturis.

Astomi, pop. Indiæ, circa fontes Gangis, nudo corpore, hirta frondium lanugine tantum utentes, & odore ☞ radicum, ac flore herbarum sylvestrium viventes, & sine ore, foramen tamen habent exiguum, per quod respirant, & cibum levissimum capiunt. Plin. lib. 7. cap. 2. & Strabo lib. 15.

Astora. V. Astura. V. *Estora*.

Astorga. V. Asturica Augusta.

Astracanum, *Astracan*, urbs Tartariæ Asiaticæ, prope ostium flu. Rhæ, sub Moscis 12. leucis a mari Caspio, 70. ab urbe Terkia in Sept. in ea parte Tartariæ, quæ vulgò *Nagaia*.

Astracanum Regnum, *le Royaume d'Astracan*, pars est ampla ditionis magni Ducis Moscoviæ in Tartaria deserta, versus ostia flu. Rhæ in mare Caspium, quod ei adjacet ad Merid. uti Bulgariæ regnum ad Sept. Nogai populi & Tanais flu. ad occas. & Calmuchi pop. ad ort.

Astræus, flu. Macedoniæ, fontes habet in limite Albanorum, prope Astræum opp. quod *l'Ostro* nunc, & in Axium defertur.

Astrata, ins. maris Rubri, intra sinum Arabicum, quæ *Cajassa* nunc.

Astriadi. V. Astabeni.

Astromela, opp. Galliæ Narb. nunc *Istres*, vicus Galliæ in Provincia, ad oram orient. sinus Astromelæ, una leuca à Fossa Mariana, & una cum dimidia à Ferratiis in Sept. *Item* sinus parvus maris Mediter. in Gal. Narb. aliis Mastramella in ora Provinc. nunc *la Mer de Martigues*, ejus longitudo est 9. mil. p. latitudo 7. & circuitus triginta prope oram litt. maris Mediter.

Astrunus, mons Italiæ in Campania, prope Puteolos urb. & lacus parvus, qui vulgo *i Bagni di Astruno*.

Astruno. V. Oraxua.

Astuia, opp. Cavionum in Germania, in regione Viodilosum, aliis *Swerin*, urbs Duc. Megalopolitani in Saxonia infer. ad lacum cognom.

Astura, opp. olim Latii in Volscis, nunc castrum *Astura*, ditionis Ecclesiæ in Campania Romana, in ora litt. prope Pomptinas paludes, ei adjacet fluvius parvus dictus *Astura*, qui juxta ipsum in mare Tyrrhenum se exonerat, 30. mil. p. à Roma in ort. hyb. 5. ab Antio, Circæos versus decem. *Item* flu. Hisp. Tarrac. nunc *Asta*, flu. Hisp. in regno Legionis, versus Lucum Asturum labitur, & postea in Cantabricum Oceanum cadit; à quibusdam Melsus, & Aliis nunc *Tuerto*, qui cum Urbico & Estola in Durium cadit.

Astures, pop. fuere Hisp. Tarrac. versus oram Oceani Borealis inter Callaicos ad occas. Vaccæos ad Merid. & Cantabros ad ort.

Astures Cismontani, seu Augustani, populi erant Hisp. Tarrac. inter Callaicos ad occas. Astures Transmontanos ad Sept. & Vaccæos ad ort. & Merid. ubi nunc pars septentrionalis regni Legionis, quæ ad occas. vergit, inter Gallæciam & Estolam flu.

Astures Transmontani, erant in Hisp. Tarrac. inter Callaicos ad occasum, Astures Cismontanos ad Merid. Cantabros ad ort. & mare Cantabricum ad Sept. ubi nunc Asturia regio, *l'Asturia*.

Asturia, regio Hisp. & regni Legionis pars, (Principatus) ab incolis vulgò *l'Asturia*, & à Gal. *l'Asturie*, in longum protensa ab ortu in occas. à Biscaia nempe ad Gallæciam; duplex est, Asturia Ovetana, *l'Asturia de Oviedo*, quæ ad occas. extenditur & Gallæciæ adjacet, & Asturia S. Julianæ, *la Asturia de Santillana*, seu *de Sant Illana*, ad ort. extensa versus Biscajam, additur tertia pars *la Asturia de Transmiera*.

* *Petrò Ainge de Espelsta*, Fundacion de la Santa y Cathedral Iglesia de Astorga, vida, predicacion y martyrio de su primer Obispo S. Ephrem Discepolo del Apostol Santiago. Madriti. 1634. in 4.

Jo: Blaeu, Regnum Legionis, & Principatus Asturiarum, tabula Geographica. Amstelod.

Jo: Jansonii tabula principatus Asturiarum, Amstel.

Petri Junco, Fundacion, nombres y armas de la Civdad de Astorga. Madriti. 1639. in 4.

Mariana l.7. histor.

Merula, in descr. hisp.

Plin. l.3. c.3. & l.4 c.20.

Strabo l.3.

Contra Episcopos Asturiæ Hæreticos actum est in Concilio Africano II. sub Stephano Papa anno 256. de quo scribit Mar. Battaglinus in Historia universali Concil. pag. 61. italice

las famosas Asturianas, Comœdia Lupi Felicis de Vega Carpio, extat in tomo 17. suarum Comœdiarum.

Asturiga Augusta, urbs & col. alias Asturum Cismontanorum in Hisp. Tarrac. in confinio Vaccæorum, nunc *Astorga* incolis, *Astorgue* Gal. urbs in regno Legionensi, Episcop. ad fluv. Teram *Tuerto*, 7. leucis à Legione in occas. hyb. 28. à Burgis in occas. 18. a Palencia, & 12. a Sentica in Sept. dicta etiam Amacorum urbs.

* *Lud. Mererus* in Dict. hist. *Olearius* in Itiner. Moscoviæ.

Asturis, oppidul. Norici, nunc *Stokeravv* dictum, vicus Austriæ infer. ad Danubium, 4. mil. Germ. supra Viennam, aliis *Steyr*, urbs parva Austriæ sup. ad Anisum flu. 3. mil. a Lauriaco in Merid.

Asturum lucus, urbs fuit Hisp. Tarrac. in finibus Asturum, nunc eversa prope Ovetum urb. Vide Ovetum.

Astygi, quæ & Astigis, nunc *Ecija*, urbs Hispaniæ ad Singulim flu. Episcop. nunc in Vandalitia provinc. Augusta firma dicta fuit 8. leucis a Corduba, 24. a Granato in occas. Hispalim versus 15. a Malaca 17. in Sept.


* *Mart. de Roas S. I.* de Astigis urbis hisp. Bæt. antiquitate, Sanctis &c. hispanice &c.

Astygitanus conventus, tractus Hisp. in Bæt. in quo pars fuit Turdulorum pop. ubi nunc pars Vandalitiæ infer. trans Bætim flu. inter Hispalim, Astygim & Mundam.

Astypalæa, oppid. Coi insulæ in mari Ægeo.

* *Boschinus* in Arcipelago.

Astypalea, ins. maris Ægei, in mari Carpathio, *la Stampalia* vulgo, cum urbe ejusd. nom. Episcop. in parte australi insulę, quę in longum extenditur ab ortu in occas. ejus circuitus est 65. mil. 60. mil. ab ora proxi-



miori Cretæ ins: in Sept. uti à Guido urbe Asiæ min. in occas. Therasiam insulam versus 50. subest Turcis.

Astyra, villa inter Antium & Circæjos, in Latio, eadem cum Astura, a Roma 30. mil. p. *Item* urbs erat Phœniciæ in ora litt. *Item* urbs Troadis.

Asuan. V. Asuan.

Asuga, *Asug*, oppidul. Abyssiniæ, in prov. *Ambiam*, centum mil. infra Ambiamum in Sept.

Asulum, *Asolo*, oppidum Italiæ, in ditione Veneta & in Marchia Tarvisina, prope fontes flu. Musoni, 15. mil. à Tarvisio in occas. & octo a Bassano in ort.

Vinc. Coronelli, ponit ejus fig. in Th. delle Città p.3.

Asunga, *Asungen*, lacus Sveciæ in Westro-Gothia prov. versus Smalandiam.

Atabyris, mons in ins. Rhodi, in eo Boves Æneos mugire solitos, cum aliquid iniqui fieret, tradunt.

Atabyris, mons Siciliæ, prope Agrigentum urb.

Atacama, *Atacama*, desertum in regno Peruæ, versus confinia regni Chiles, in ora litt. maris Pacifici, ad centum ferè leucas extensum, in reg. *de los Charcas*, inter Aricam & flu. Copiapum.

Atacini, pop. Gal. Narb. prope Narbonem.

Atad. V. Caucasus mons.

Ataia, urbs fuit Laconiæ.

Atalanta, ins. parva Achaiæ, Eubœæ adjacens, cum oppidul. cognom. e regione Opuntis urbis Bœotiæ, nunc *Talanta*, ad Euripum.

Atalantes Nesium, ins. Eubœæ, ad Cenæum prom. aliis *Calojero* vulgo.

Atalaya de Sertorio. V. Homeroscopium.

Atalib. V. Singaras.

Atavilli, *los Atavillos*, pop. in Peruæ, prope fontes flu. Xauxæ, 60. leucis à civitate Regum, 40. ab ora litt. maris Pacifici.

Atax, flu. Galliæ Narb. *l'Aude* vulgò, oritur ex Pyrenæis in ea parte Comit. Ruscionensis, quæ tractus Capsirius dicitur, *le Capsir*, in limite Cerretaniæ, supra opp. *Puig Valador*, & per stagnum Bagenle, seu Rubrense in mare Mediter. cadit.

Ategua, & Attegua, opp. olim Hisp. Bæt. cujus rudera *Tebala vieja*, seu *Teivela*, in Vandalitia prope Alcalam Regiam, in confinio regni Granatensis, 12. leucis à Corduba in ort. Granatum versus.

Atella, opp. Lucaniæ, nunc *Atella*, castrum regni Neapolitani, in Basilicata prov. ad radices montis Apennini, in limite Principatus Ulter. 7. mil. à Melphi in merid. 12. a Venusia in occas.

Atella, urbs Campaniæ in Italia, postea Episcop. 7. mil. à Neapoli in Boream Capuam versus, nunc vicus, *S. Arpino*, in prov. Terræ Laboris, 3. mil. à Clani flu. uno mil. ab Aversa urbe, media inter Capuam ad Sept. & Neapolim ad Merid. 8. mil. p. utrinque.

l'Atellari. V. Elorum. V. Elony.

Ateranz. V. Artemisium. V. Dianium.

Atenas. V. Athenæ.

Ateno. V. Atina.

Ater, mons Africæ, uno latere Syrtim min. attingens.

Aternum, urbs Marrucinorum in Italia, alias Episcop. in limite Vestinorum, nunc *Pescara* incolis, *Pesquaire* Gallis, opp. in Aprutio Citer. in limite Ulter. ad ostium flu. Aterni, 16. mil. ab Anxano in occas. æst. 12. a Pinna in ort. 8. a Teate in Sept.

Aternus, flu. Italiæ, qui & Pescara, vulgo *la Pescara*, oritur ex Apennino in Aprutio, propè Amiterni rudera, & juxta & infra Aternum oppidum in mare Adriat. cadit, Aterni fluvii ostia 100. mil. p. distant in ort. æst. ab ostiis Tiberis.

Atesa. V. Attacum.

Ateste, urbs fuit Gal. Transp. Episc. nunc *Este*, oppid. Venetæ ditionis, in agro Patavino, ad Medoacum min. fluv. prope Euganeos montes, 15. mil. à Patavio in Merid. 5. a Monte Silicis, 40. a Venetiis in occas. hyb. ex eo nob. Familia quę nunc est Principum.

* *Leand. Alberti* in descript. Italiæ.

Hippolyhi Angelerii Lib. de antiquitatibus Urbis Atestinæ, extat M. S. apud Jacobum Zabarellam.

Hier. Atestini Carmen de Gestis Atestinorum. Venet. 1505.

Franc. Cerni, Memorie degli Eroi della Casa di Este. Ferrara in foglio.

Dogliom, in compendio histor.

Jo: Bapt. Giraldus de Atestinis Principibus, italice. Venet. in 8. 1575.

Jo: Jacobus Hofman in Lexico univers. & in ejus Continuatione. V. Ateste.

Wolfang. Lazius de familia Estensi, in suo tractatu de transmigratione Gentium.

Alph. Loschius in compendio historico.

Lud. Morerius in Dict. Historico. V. Este.

Jo. Bapt. Pigna libri octo historiarum, de Principibus Atestinis. Ferrariæ. 1596. fol. ibid. 1585. fol. Venet. 1577.

Jo: Bapt. Riccioli in Chronolog.

Leonardus Salviatus de Atestinis Principibus in Oratione in laudem Aloysii Cardinal. Atestini.

Philip. Jacob. Spennerus, in Sylloge Geneal. Histor. & in Theatr. Nobilit. Europæ tom. 1.

Fran-

Francesco Sansovino, degli Estensi, nelle Famiglie illustri d'Italia, nel libro 1. Venet. 1609. pag. 367.

Fulvio Testi, l'Arrnda, overo la descendenza de' Serenissimi Prencipi di Este. Venet. 1652. in 12. carmine.

August. Thuanus in Histor. lib. 119. *Sabellicus*, *Corio*, *Sard.* &c.

Anonymi. Ristretto delle ragioni, che la Casa di Este hà con la Camera Apostolica, con le risposte di Roma, e contrarisposte per parte del Serenis. di Modena.

Der Fürstl-Hauses Est historien. Mayntz, 1580. f.

Astensis Familiæ Ducum Ferrariæ Genealogia, extat in appendice ad Slavorum Chronicon. V. Ferraria.

Ath. V. Arbum.

Atha, urbs Bythyniæ, sub monte Olympo, eadem ac Prusa. *Item Atha*, amnis Germ. in Ducatu Bavariæ. In Danubium fluv. se exonerat paulo supra Ingolstadium.

Athamanes, pop. Epiri, quorum regio Athamania, quę erat inter Acarnaniam, Ætoliam, Thessaliam, & Achajam, inter montes.

Athamas, mons Phthioditis, ex eo fluvius Athamos profluit, qui Lunâ senescente ligna instar ignis accendit, ex Ovid. 15. Metamorph.

Athanacum, *Aisnay*, Abbatia Galliæ ad Lugdunum, alias extra urbis muros, nunc intra urb. ad confluentes Araris in Rhodanum fluv.

Athanagia. V. Ilerda.

Athar, עתר Hebr. pagus Palęstinæ, incertum, an extet.

Athenæ, urbs Græciæ & Atticę metropolis, alias ἄστυ dicta Antonomastice,



nunc *Athina* Incol. & Turcis, *Athenes* Gallis, *Atena* Italicis, *Atenas* Hisp. Ἀθῆναι Græc. inter fluvios Cephisum & Ilissum in colle, Archiepiscop. subest Turcis, vix m. p. 20 ora Saronici sinus, 44 a Corintho in ort. 24. a Megara, 50. a Thebis in Merid. 120. a Sparta in Septentr.

Apollodorus Atheniensis, de Meretriculis Atheniensibus.

Ælii Aristidis de Athenarum laudibus, Oratio, græcè. Estque ordine prima inter alias eius Orationes 56. excusas. Florent. 1517. fol., & Venet. 1513. fol.

Cæsar Baronius Atheniensium primorum Episcoporum successionem ponit in Notis ad Martyrologium Romanum die 9. Octobris.

Michaelis Bentheri, Fasti Ebræorum, Atheniensium, & Romanorum. 1556. 8.

Laur. Beyerlinck in Th. Vit. Hum. v. Athenæ.

Clementis Colmeri, Politica, sive Respublica Atheniensis. Dantisci. 1609. in 4.

Vincent. Coronelli ponit Iconem, & Descriptionem Atheniæ Civitatis, in Theatro Urbium, italice, par. 1.

Franc. Fanelli, Athenæ Atticæ à suis initiis ad dedicationem usq; Venetis factam anno 1667. cum iconib. italicè. Venet. 1707. 4.

Barthol. Ferrar de Civitate Athenæ in Decade 5. disc. 91.

Mr. de Guilletiere, Athenes ancienne, & nouvelle. à Paris. 1676. in 12. gallicè, & ex Gallico-Anglicè. London. 1686. 8.

Heraclius de Atheniensium Politiis exempla Grçco-Latina dat, in suo Libro inscripto, Exempla Virtutum, & Vitiorum.

Herenis, Judicia Athenis acta.

Jo. Jacobus Hofman, pleraque eruditè in Lexico univers. & in ejus Continuatione. v. Athenæ.

Hyginus de Athenis tabula. 1643.

Barthol. Kekermanni, Disputationes 4. de Monarchia Persarum, de Rebuspublicis Atheniensi, & Spartana. Hanov. 1610. 8.

Joseph Laurentius, Athenienses à Prytanibus annos numerabant, in Polymath. lib. 1. dissert. 15. & de Atheniensium laude in pugna, lib. 2. dissert. 39. & Sepulcra publico sumptu extructa insignibus Piratis non licitum habere Athenis. ibid. lib. 2. dissert. 18. & de Meretricibus, quæ Philosophicis, & Mathematicis indumentis erant indutæ Athenis, & cur? ibid. dissert. 44. & de forma Rerumpublicarum, Atheniensium, Spartanorum, & Cretensium, ibidem libro 3. Synopsi 22. circa finem, & de ritibus Atheniensium, ibid. diss. 20.

Lysiæ Rhetoris Syracusani, Oratio funebris pro Atheniensibus, qui Corinthiis adversus Lacedemones auxilium ferentes prælio interiere, Latinè excussa cum Libanii quibusdam. Basileæ. 1522. & alibi.

Cornelio Magni, relatione della Città di Attene, e provincie dell'Attica. Parma 1688. 4. de qua nel Giornale di Parma anni 1688. pag. 1.

Stephanus Menochius, de Athenarum Academia, in Miscellaneis Italicis (le Stuore) Cent. 2. cap. 15.

Petrus Messias, de Legibus à Solone datis Atheniensibus, italicè, in Selva rinovata, p. 4. cap. 57. & de Epistola scripta ab Atheniensi Senatu Lacedemoniis. ibid. p. 5. c. 26.

Jo. Meursii, Archontes Athenienses, sive de Summis Magistratibus Atheniensium, libri 4. Lugd. Bat. 1622. in 4. *Ejusd.* Cecropia, seu de Athenarum Arce, & Antiquitatib. Lugd. Bat. 1622. in fol. *Ejusd.* Athenæ Atticæ, seu de præcipuis Athenarum antiquitatibus, libri 6. ibid. 1624. 8. *Ejusd.* Athenæ Batavæ, seu de Urbe Leidensi, & Academia, & Viris ejus claris. ibidem. 1625. 4. prohib. in Indice. *Ejusd.* libri 7. Lectionum Atticarum. Lugd. Bat. 1617. 4. *Ejusd.* Fortuna Attica, seu de Athenarum Origine, Incremento, &c. ibid. 1622. in 4. *Ejusd.* Ceramicus geminus, seu de Ceramici Atheniensis utriusque antiquitatibus, liber editus a Samuele Pufendorff. Ultraj. 1663. in 4. (Ceramicum est locus Athenis, ubi Mortui in bello sepeliebantur, & ubi Meretrices prostrabant.) *Ejusd.* Regnum Atticum, seu de Regibus Atheniensium, eorumque gestis libri 3. Amstelod. 1634. 4. *Ejusd.* de Populis Atticæ, Leidæ. 1616. 4. *Ejusd.* Areopagus, seu de Senatu Areopagitico, ib. 1624. 4. *Ejusd.* Græcia Feriata, seu

de

de Feriis Græcorum. ibid. 4. *Ejusd.* Græcia ludibunda, seu de Ludis Græcorum, ibid. 1625. in 8. *Ejusd.* Solon, seu de ejus Legibus. *Ejusd.* Themis Attica, sive de Legibus Atticis, libri 2. Trajecti ad Rh. 1685. 4. *Ejusd.* de Atticis Pagis Paralipomena, & excerpta ex Jacobi Sponii Itinerario de iisdem Pagis, extant adjecta libro ejusdem Jo: Meursii inscripto, Theseus, seu de ejus vita, & rebus ejusdem gestis, edito Ultrajecti. 1684. 8.

Lud. Morerius in Dict. hist. verbo Atene.

Samuelis Petiti, Comm. in Leges Atticæ. Paris. 1635.

Phrynichi Sophistæ Bithyni, Epitome Dictionum Atticarum, lib. 3. Paris. 1532. 8. & cum Notis P. J. Nunnesii, & Dav. Hæschelii. Augustæ. 1601. 4.

Plutarchi, Commentatiolus, Athenienses bello ne, an Pace fuerint clariores? in Moralibus.

Wilh. Postardi de Atheniensium Magistratibus, eorumque cum Romanis, Gallis, Venetis, Turcis comparatione liber; cui addita est dissertatio aphoristica, de Magistratibus Romanorum; circumfertur cum Joannis Sarii Zamoscii libris, de Senatu Romano. Argent. 1608. 8. expurgandus.

Guil. Postelli, de Atheniensium Magistratibus lib. Basileæ. 1543. 8. Lugd. Bat. 1632. 8. extat etiam cum Rebuspublicis. Lugd. Bat. 1645. in 24. & cum Comm. & notulis Jo: Friderici Hexelii. Lips. 1691. 8.

Praxagoræ Atheniensis, de his, qui Athenis regnarunt, lib. 2.

Ejusd. Athenæ Belgicæ, sive Nomenclator inferioris Germaniæ Scriptorum, qui Disciplinas Philosophicas, Jurid., Medicas, & Musicas illustrarunt, ubi extat etiam Descriptio 17. Belgicarum Provinciarum, & præcipuarum Bibliothecarum, & Academiarum totius Orbis. Antuerp. 1628. 8.

Jo: Swinas, Anglica, Belgica, & Monasteriensia Colloquia, belgicè. Amster. 1665. in 12.

Guid. Tachard, Lexicon Latino-Belgicum novum olim Idiomate gallico publicatum, nunc Belgicæ consuetudini a Samuele Pitisco communicatum. Amstelod. 1704. in 4.

Ruardus Tapperus scripsit, de veris Calamitatibus Belgii, earum Causis, & Remediis ad Carolum V., & Ferdin. Cæsares: prodiit Colon. Agrip. 1579., ubi etiam prodierunt postea omnia ejus opera. 1582.

Jo: Bapt. Tassius, octo libris complexus est Belgicorum Tumultuum historiam, obiit 1614.

Sam. Tennulii, Oratio de Belgarum fortuna. Lugd. Bat. 1651. in 4. Noviomagi. 1667. in 4.

Sal. Theodori, Εὐστάθεν dissecti Belgii. Colon. 1818. in 4.

Huberti Thomæ, de Inferioris Germaniæ populis. Argent. 1541.

Aug. Thuanus, de Belgii Dissidiis in Hist.

Ant. Thysii, Historia Navalis Batavorum. Lugd. B. 1656. in 4.

Jo: Bapt. Valenzuola Velasquez, de Statu, ac Belli ratione servanda cum Belgis, aliisq; à legitimo suorum Principum Dominio, & Obedientia Rebellantib s. Neapoli. 1620. in 4.

Petri Valkenier, Verwirrte Europa fürnemblich / was in den vereinigten Niederlanden etc. von An. 1664. bis 1677. Amsterd. 1677. fol.

Abr. Vandermilii, Lingua Belgica, scil. de illius communitate tum cum aliis, tum cum Latina, Græca, Persica. Lugd. Bat. 1612. in 4.

Ant. Varillasius Exponit morum Belgicorum historiam, progressus, & causas, & primordia, in sua historia, de revolutionibus Europæ libro 27, qui est 2. tomi 6. gallice.

Marci Varnewiki, Speculum Antiquitatis Belgicæ.

Nicolai Veranlæi, de Fidei Christianæ in Belgio propagatione per Sanctos ex Hibernia Viros. Lovanii. 1639 in 8.

Maximi Vignacurtii Atrebatis, *Antver*, in res Belgicas Anno 1597. Antu. 1598.

Didaci de Villalobos, & Benavides, Commentarios de las cosas succedida en los Paises baxos desde el ano 1594. hasta el de 1598. Matriti. 1612. in 4. hispan.

Dionysius Villerius, de Familiis, & Genealogiis Principum, & Nobilium Belgii.

Aurelii Ursi, Carmen de Bello Belgico.

Bonaventuræ Vulcanii, historia Tumultuum Belgicorum ab anno 1556. ad 1577. quo Hispani pace per Joannem Austriacum facta Ditionibus Belgicis excesserunt.

Johan van der Waeyen, ad Philalethium Eliezerem adversus nuperas Fred. Spanhemii Literas Epistola Apologetica, in qua compresso Friderici fastu Articuli Confessionis Belgicæ 30. & 31. vindicantur. Francof. 1583. in 8.

Ant Walæi, Enchiridion Religionis Reformatæ. Leidæ 1660. in 12.

Franc. Warmond, Lexicon Vocum Peregrinarum Linguæ Belgicæ. Lugd. B. 1668. in 8.

Jodoci de Weerde, Concordiæ Belgicæ, Panegyricus Parnassicus. Antuerp. 1609. in 4.

Ejusd. Parnassus Biceps, de Concordia, & Induciis Belgicis. Antuerp. 1656. in fol.

Gerhardi de Wisse, Diarium rerum in Belgio gestarum. 1560.

Ren. Wrigt (Cælatoris) Tabula Geographica, Brabantiæ, Flandriæ, Geldriæ, Zutphaniæ, Trajecti, Transisalanæ, Trentiæ, Hollandiæ, & Frisiæ cum fluviorum delineatione 2. foliis.

Martini Zsileri, Topographia Inferioris Germaniæ in den XVII. Niederl. Provincien. Franckf. 1667. fol.

Phil. Cæsii à Lesen, Leo Belgicus. Amstel. 1666. 12.

Francisci Zypæi, Notitia Juris Belgici. Antuerp. 1635. 4. & 1640. in 4. & editione exacte auctiori. Antuerp. 1665. in 4. & Arnhemii 1665. in 8.

Anonymi, Annales Belgici ab anno Christi 972. ad 1476. Francof. 1620. in fol.

Apologeticon pro Belgis, seu rerum in Belgico-Germania gestarum narratio. 1570. in 4.

Acta Pacificationis, quæ coram Cæsareæ Majestatis Commissariis inter Regis Hispaniarum, & Principis Matthiæ Archi-Ducis Austriæ, Gubernatoris, &c. Ordinumq; Belgii Legatos Coloniæ habita sunt. Antuerp. 1580. Lugd. Bat. 1581. in 4.

Aula Sacra Principum Belgi. Antuerp. 1650. 4.

Belga Percunctator, Sylvæ-Ducis. 1658 4.

Belgicæ Totius Urbium, Abbatiarum, Collegiorum divisio ad opprimendum per novos Episcopos Evangelium; prohib. in Indice.

Rerum Belgicarum Annales. Francof. 1580. tomis 2.

Belgicarum rerum libri 15. Antw. 1598 4.

Belgica florens, & Belgica destructa. 1590. fol.

Belgicæ liberandæ ab Hispanis ὑπόθεσις anno 1571. exhibita, ac 1574. in lucem edita.

Belgica Historia, idest rerum memorabilium, quæ in Belgio, jam inde a pace illa Camaracena, inter Carolum V. Romanum Imperatorem, & Franciscum Regem Franciæ inita, passim aliquando evenerunt, brevis designatio. Francof. 1583. in 8.

Belgica historia ab anno 1560. ad 1600. gallice scripta. prohib. in Indice Rom.

Belgica Historia ab anno 1529. ad 1583. Francof. 1585. 8. Colon. 1583. in 8.

Belgii, & Burgundiæ Gubernatores, & Archistrategi. Colon. 1675. in 4.

Belgii Regii accuratissima Tabula apud Nicolaum Vischerum.

Nuva Belgii Regii Tabula. 1667. apud Fred. de Wit.

Celeriorum Belgii Pictorum Effigies. Amstelod. 1618. fol.

Civilium apud Belgas Bellorum initia, progressus, & finis optatus, &c. anno 1827. prohibit.

Diplomatum Belgicorum libri 2. cum notis Miræi. Antuerp. 1618. 4.

Description nouvelle du Pais-bas. Bruxelles. 1673. in 12.

Edict des Vertrages zwischen Don Johan. de Austria / und denen Niederländis Ständen zu Brüssel. 1577. aufgerichtet. Franckf 1577. 4. Cöln 1577. 4.

Ertz Hertzog Ernsten Credentz-Schreiben an die Holl und Seeländische Stände umb einen Frieden mit ihnen zu tractiren. Hanau. 1594. 4. Deventer 1596. 4.

Hoofts Nederlandse Historien met het vorvolgen vol schone platen. Amst. 1677. fol.

Historia de Reformatione, & aliarum rerum Ecclesiasticarum circa Belgium ann. 712. ad 1573., belgicè à Gerardo Brant. Amsterd. 1663. in 4.

Gouvernement Politique des Provinces du Pais-bas. Bruxelles. 1671. in 12.

Jus Belgarum circa Bullarum Pontificiarum receptionem, primæ, secundæ

tundæ, seu cujuscumque alterius editis proh. in Indice,

Jurisprudentia Heroica, sive de Jure Belgarum circa Nobilitatem, & Insignia. Bruxellis, 1668, fol.

Libellus supplex Imp. Maj. & Ord. Imp. in Comitiis Spirensibus nomine Belgarum Evangelicę Religionis Causa ejectorum, &c. exhibitus, 1570. in 8.

Leo Belgicus, sive Artificiosa Tabula sub Leonis figurâ XVII. Provincias complectens, cum Iconibus Gubernatorum Generalium. ap. Nic. Joa. Vischer. 1650.

Leo Belgicus gedruckt. 1665. by Hugo Allard.

Mauritii von Nassau Triumph-Wagen, oder Niederlandische Historia Deutsch, Leiden. 1613. 8.

Magnum Chro con Belgicum: extat inter VI. Scriptores veteres Germaniæ editos à Jo. Pistorio. Tom. 1. Francof. 1607. fol., & 1654. fol.

Brevis Notitia Italiæ, Hispaniæ, Galliæ, Germaniæ, & vicinorum Regnorum Belgii, &c. excerpta ex Actis Sanctorum Januarii, & Febr. Jo: Bollandi, & Godefridi Henschenii. Antuerp. 16 8, 8.

Niederlandische Friedens Handlungen Ann. 1574. durch den Grafen von Schwartzenburg tractirt. 1575. 4.

Novus Tabularum Geographicarum Belgii liber. Amst. 1619.

Narratio eorum, quæ ab Adventu Jo: Austriaci Gubernatoris in Belgio gesta, cum refutatione Objectionum Generalium Statuum, Luxemb. 1578. in 4.

Novus 17. Provinciarum Inferioris Germaniæ Typus emendatus à Guil. Blaeu. Item anno 1656. apud Nic. Joh. Piscatorem. Accuratior cum Tractu Rheni. anno 1657. ap. eumdem.

Pandoræ, seu Veniæ Hispanicæ Belgicis Exulibus. Anno 1574. editæ 1575.

Politique Handt-Boerken van dee Staet van Nederlandt met het Militaire Repartitie-Boorkeo. 1650. in 12. belgicè.

De Reformatione, & bellis belgii contra Hispanos ad annum 1660. Amster. 1658. 12. belgicè.

Relatio ad Cæsaream Majestatem eorum, quæ per suæ Majestatis Commissarios in negotio Pacificationis Belgicæ Coloniæ Peracta sunt anno 1579. Germanicè, Coln. 1580. in fol.

Suppl. an Königl. Majest. in Spanien / im Nahmen der Nieder Länder / woher die verlauffene Unruhe in Nederland entstanden. 1574. 4.

Trutina Pacis, qua Examen, & Judicium revolutionis Anni 1579. Astrologicum continetur, & ex Constitutione Jovia, & Veneris, Pacem Belgii, demonstratur, ab Astrologo fatis præsumptuose polliceri post tot, tantosqs motus. Colon. 1579. in 4.

Typus octo longarum Navium ab Hispaniæ Rege anno 1602. missarum ad Oceanum Belgicum infestandum 1603. in magnis foliis æri incisæ prodierunt partim conquassatæ, partim submersæ,

Viva delineatio omnium Præliorum, Obsidionumq; quæ in Bello contra Hispanos sub ductu Guil. & Maurit. Auraicorum Principum gesta sunt. Amstel. 1622.

Unitas fortis ab Excell. Marchione Delegante Provinciis Belgicis nomine Regis Hispan. proposita, notis illustrata per Jo: Chiffletium. Antu. 1628. in 4.

Urbium Totius Belgii Tabulæ antiquæ, & novæ, Amstel. 1657. in fol.

Vide Flandria. V. Hollandia.

Belgium Novum. Vide Eboracensis provincia nova.

Belgrado. V. Alba Græca. V. Bellogradum. V. Taurunum. V. Hydralis.

Belgradum. Vide Alba Graca.

* *Ant. Bonfini*, Descriptio Bellogradi per Mahometem an. 1456. oppugnati. Francof. 1603. f.

V inc. Coronelli ponit ejus fig. in Teatro delle Città. p. 2.

Paul. Jovius, de ejus expugnatione per Solimanum anno 1521. Francof. 1603. pag. 16.

Lud. Morerius in Dict. hist. lit. B.

Belia. Vide Belli.

Belica, sive Bellica, urbs Galliæ Celt. in Segulianis, nunc *le Belley*, urbs Beugesię prov. caput, in Gallia, Episc. prope Rhodanum fluv. è regione Sabaudiæ, nunc Francici juris, 12. leucis à Lugduno in ort. Annecium versus 7. & 10. à Gratianopoli in Sept. Genevam versus 12.

* *Samuel Guichenon*, Episcoporum Bellicensium Chronographica series. Paris. 1642. in 4.

Hadr. Vallesius, in notitia Galliæ.

Belici. V. *Bilici il Belici destro*. V. Crimisus, V. Crinisus.

Belicastro. V. *Belcastro*.

Beligrad. V. Hermonassa.

Beligratz, V. Belligretia.

Belina. V. Belleua. V. Cęsarea Philippi.

Belingense Castrum, *Belingen*, castrum in Picardia prov. intra paludes, & in Comit. Guinæ, inter Ardram & Guinam oppida.

Belinzona. V. Belitio. V. Berinsola.

Beljoco. V. Belsinum.

Belion. Vide Limæa.

Belit ae Gemera. V. Actath.

Belisa, *Bilsen*, oppidul. Germaniæ in Leodiensi agro, & in Hasbania tractu, 2. mil. a Trajecto, ad Mosam in occas.

Belisama, æstuarium Britanniæ majoris, nunc *Ribel*, in ora occid. Angliæ, & in Comit. Lancastriensi, prope Prestonium oppid.

Belisensis Ecclesia. Vide Belica.

Belisinum. Vide Belesmum.

Belitio, oppid. Insubriæ in Italia, aliter Bilitionum, *Belinzona* incol. *Bellenz* Germ. *Belinzone* Gal. ad Ticinum flu. caput præfecturæ cognom. sub Helvetiis, ad radices Alpium, 6. mil. a Verbanu lacu in Bor. 45. a Clavenna in occas. hyber. 11. a Lucano oppido Adulam mont. versus.

Belitræ, urbs Latii. Vide Velitræ.

Beliter. V. *Veletri*.

Belius. Vide Belus.

Bella-Aqua, *Belle-aigue*, Abbatia Galliæ in Alvernia infer.

Bellabranca, *Bellebranche*, Abbatia Galliæ in Cenomanensi prov. ad Vergettam amn. 2. leucis a Sabolio in occas.

Bellacom, *Bellac*, urbs parva Galliæ in prov. Marchiæ, ad flu. Uoiconium, 2. leucis ab Oratorio in Merid. 7. a Lemovico in Sept.

Bellaguardia. V. Bellogardia.

Bella more. V. Mare album.

Bellanda, olim Nicea. Vide Nicea.

Bella pertica, *Belle-Perche*, Abbatia Galliæ in Vasconia Tolosana, ad Garumnam flu. 3. leucis à Monte Albano in occas.

Bella-Stella, *Belle Estoille*, Abbatia Galliæ in Normannia infer. & in Bajocensi tractu.

Bellarx, etiam Belalcazarium. Vide ibi.

Bella vallis, *Belval*, Abbatia Galliæ, in Campania, & in Argona tractu, 2. leucis a Bellomonte in Merid.

Bella-Villa, *Belle-Ville*, oppidul. Gallię, in Bellojocensi prov. cum Abbatia ad Ararim fluv. 5. leucis infra Matisconem in Merid. Lugdunum versus. 6.

Belle Isle. V. Caloneius.

Belle aigne. V. Bell'aqua.

Belle branche. V. Bellabranca.

Belle estoille. V. Bella stella.

Belle perche. V. Bella pertica.

Bellegarde. V. Bellaguardia.

Bellena. V. Lachis. V. Cæsarea Philippi. V. Paneas.

Bellenz. V. Belitio.

Bellesme. V. Bellismum.

Belleville. V. Bellavilla.

le Belley V. Bellica.

Belli, pop. Hisp. Tarrac. in Celtiberis; Iis proximi erant Titthi & Arevacæ.

Bellicadrum, *Beaucaire*, urbs Languedociæ ad Rhodanum.

Bellicastrum, *Belcastro*, urbs parva in Calabria ulteriori, Episcop. versus oram sinus Scyllacei & maris Jonii, ad fluviol. Nascarum, inter Catacium & Siberenam, alias Geneocastrum dicta.

* *Ferd. Ughellus*, de ejus Episcopis in Italia Sac. T. IX.

Bellich. V. Vilica.

Bellicum, *le Bellay*. Vide Belica.

Bellisoranien, urbs Hisp. Tarrac. olim Episcop. vulgò *Belorado*, oppidum Hispaniæ in Borobia tractu Castellæ veteris, ad flu. *Tiron*, ab aliis Ruconiæ tribuitur.

Bellina. V. *Bellena*.

Bellinas. V. Abila.

Bellinguoldium, *Bellinghwolder Schans*, fortalitium Belgii uniti, in dominio Groningensi, medium inter Dullart sinum ad Bor. & Burtangam ad Austr. in limite Frisiæ orient. sub Provinciis unitis Belgii.

Bellinto, locus Galliæ Narb. in Provincia, nunc *Barbentane*, castrum Provinciæ ad confluentes Druentiæ in Rhodanum, 5. m. p. ab Avenione in Merid.

Belliola, *Belle* Belgis, *Bailleul* Gallis, oppidul. Belgii, in Comit. Flandriæ sub Gallis, 3. leucis ab Ipra, & inter Armentarias & Casletum.

Bellisama, æstuarium Angliæ. Vide Belisama.

Bellivisus arx. Vide Arx Bellivisus.

Bello, oppidum Hispaniæ. Vide Belo.

Bellocasses, populi & urbs Galliæ. Vide Velocasses.

Bellocastrum. Vide Bellicastrum.

Bellogardia, *Bellegarde*, urbecula in Duc. Burgundiæ, ad Ararim fluv. aliter *Seure*, 3. leuc. a Cabillone in Septentr. Cistercium versus, prope conti-

confinia Comit. Burgundiæ.

Bellogradum aliquibus, quod proprius Alba Græca vocatur.

Vide Alba Græca, Vide Belgradum.

Belloguardia, *Bellegarde* Gall. *Belleguardia* Hisp. arx Galliæ intra Pyrenæos in Comitatu Auteioaensi in limine Cataloniæ, inter Cererum & Juncariam.

Bellojoviensis ager, sive Bellojocensis, *le Beaujolois*, prov. Galliæ, ubi alias Segusianorum pars, extenditur ab ortu in occas. id est ab Arari fluv. ad Ligerim; ejus termini à Septent. Burgundia, ab ortu Bressia & tractus Dombarum, ab occas. Forisium, & à Merid. Lugdunensis ager.

Bellojovium, quod & Bellus jocus, *Beaujeu*, oppid. in Bellojoviensi prov. etiam Bellojocum, & Baujovium, ad amn. *l'Ardiere*, 3. leucis ab Arari fluv. in occas. 5. a Matiscone in occas. æst.

Bellomariscus, *Beaumarish*, oppid. Angliæ, in Walliæ Princip. & in Mona ins. cum portu ad fretum *Menay*, è regione Arvoniæ Comit. 3. milliar. à Bangoria in Septentr. 8. ab Arvonia in ort. etiam Bellus Mariscus, prius locus *Bonover* dictus.

Bellomontium, *Beaumont sur Oyse*, oppid. Franciæ, ad Oesiam fluv. in prov. Insulæ Franciæ, 8. leucis a Parisiis in Septentr. Bellovacos versus.

Bellomontium Rogerii, *Beaumont le Roger*, oppid. in Normannia ad Ridulam fluv. 4. leucis ab Ebroico in occas. Lexovium versus.

Bellomontium, *Belmonte*, oppidul. in Calabria citer. prope oram maris Tyrrheni, 3. mill. ab Amantia in Sept.

Bellomontium, in Argona, *Beaumont en Argone*, oppidul. Galliæ, in Campania prov. una leuca a Mosomio, uti a Satenaco oppido.

Bellomontium, *Beaumont*, oppid. Franciæ, in Normaniæ Ducatu, prope oram litor. maris Britannici, & ex adverso Angliæ, 3. leucis a Caroburgo in occas. *Item* oppidul. Belgii, in Hannonia (Comitatus) in confinio Leodiensis ditionis, 7. leucis à Montibus in ort. hybet. 4. a Chimaco in Sept. non longe a Sabi fluv. *Item*, *Beaumont* cognomento *le Vicomte*, urbec. Franciæ, in Cenomanensi prov. (Ducatus) ad fluv. Sartam, media fere inter Alenconium ad Septentr. & Cenomanum ad Merid.

Bellonori, pop. Sarmatiæ Europ.

Belloquadra, & Belliquadrum, *Beaucaire*, urbec. in Occitania infer., ad Rhodanum, e regione Tarasconis, 4. leucis ab Avenione in Merid. tribus ab Arelate in Septentr. Ugernum alias dicta fuit.

Bellosanna, *Bellozane*, Abbatia in Normannia, & in Braiotractu, una leuca a Gornaco in occas.

Bellovacensis ager, *le Beauvaisis*, prov. Galliæ, alias Picardiæ pars, postea Insulæ Franciæ annexa, terminatur à Septentr. Picardia propria, ab occas. Vulcassino Normannico, a Merid Vulcassino Francico, & ab ortu Jurisdictione Sylvanectensi.

Bellovaci, pop. Galliæ Belgicæ, eorum termini erant a Septentr. Ambiani, ab ortu Veromandui, & Suessiones, à Merid. Meldæ, & Parisii, & ab occas. Velocasses, eorum tractus nunc Bellovacensis ager dicitur, *le Beauvaisis* vulgo.

Bellovacum, urbs Galliæ Belgicæ, quæ & Cæsaromagus, & Bratuspantium nunc *Beauvais*, urbs in prov. Insulæ Franciæ, Episcop. ad Taramammem, 16. leucis a Parisiis in Septentr. Abbavillam versus 18. & 16. a Rothomago in ort. Compendium versus 12.

* *Jo. Jacob Hofman* in Lex. univ. V. Bellovacum.

Jo. Hondii, tabula Geographica inscripta. Beauvois, sive Comitatus Bellovacium; alia per Jo: Jansonium, & alia per Jo: Guil. Blaeu.


Ant. Loyselli, de illustribus Bellovacensibus liber, cui titulus, Memoires de Beauvois. à Paris. 1597. in 4.

Bellovacense Concilium sub Sergio Papa anno 843. de quo Baronius Anno 845., & Battaglinus in Histor. Conciliorum, extat in editione Conciliorum Veneta anni 1585. tomo 3. p. 1., & in Regia Parisiensi anni 1644. in tomo 2. fol. 454. Aliud sub Benedicto Papa IX extat in Veneta tomo 3. parte 2., & in Parisiensi tomo 25. fol. 409. Aliud sub Paschale II. extat in Veneta tomo 3. parte 2. & in Parisiensi in tomo 26. fol. 798. Aliud sub Alexandro III. anno 1161. de quo Battaglinus in Historia Concil. tomo 2. pag. 201. extat in edit. Veneta tomo 3. parte 2. & in Parisiensi tomo 27. pag. 350.

Bellovacum, oppidul. Galliæ in Occitania sup. versus Montem Albanum, à qua 3. leuc. in ort. versus Albigensem prov. ad amn. *Tescon* dictum.

Bellunensis ager, *il Bellunese*, tractus Italiæ, & pars Marchiæ Tarvisinæ, inter Foro-Juliensem Provinc. ad ort. & Septentr. Marchiam Tarvisinam & Feltrensem agrum ad Merid. & Comit. Tirulis ad ort. subest Reip. Venetæ.

Belluonum, urbs Italiæ, in Venetiæ regione, nunc *Cividal di Belluno*, urbs Marchiæ Tarvisinæ, agri cognominis



caput,

caput, sub Reip. Veneta, Episcop. ad Anassam fluv. 15. m. p. à Feltria in ort. æstiv. etiam Belunum à quibusdam dicitur.



Bellunensis Mulier Nobilis ex Titiano.

* *Phil. Cluver.* in Ital. antiq. pag. 118.

Gio: Nicolò Doglioni, Antichità di Cividal di Belluno, &c. Venet. 1595. 8. ibid. 1588. in 8.

Pilonius ejus Historiam.

Jo: Pierii Valeriani, Antiquitat. Bellunensium libri 4. Venet. 1520. in 8. extant etiam in calce Comment. ejus in Hieroglyphica Ægyptiorum.

Ferd. Ughelus de ejus Episcopis, in Ital. Sac. Tom. V.

Anonymi, Jus municipale Bellunensium. Venet. 1525. fol.

Il Bellunese con il Feltrino, Tabula ap. Jo: Blaeu, alia apud Jo: Janson. Amstel. fol. reg.

Bellus Beccus, *Beaubec*, Abbatia Galliæ in Normannia, & in Braio tractu, 5. leucis a Gornaco in occasum hybernum.

Bellus locus, *Beaulieu*, Abbatia Galliæ in Campania prov. & in Argona tractu, 2. leucis à Claromonte in Meridiem.

Belmer, lacus Belgii, cujus delineatio per *C. D. de Ry*, prodiit Amstelod. apud Jo: Blaeu, belgicè. 1626. fol. exp.

Belmonte. V. Bellomontium.

Belna, oppid. alias Galliæ Celt. nunc urbs Burgundiæ in Gallia, *Beaune* vulgò incol. *Bone* Italis, in Divionensi tractu, 4. leucis ab Arari fluvio in occas. 6. à Cabillone in Bor. Divionem versus 9. etiam Belnum.

Belo, oppidum excisum Hisp. Bæticæ, Bælo, Bello, nunc aliis *Couil & Brabase*, aliis *Belona*, cum portu in ora littor. Vandalitiæ & sinus Æquarum, prope Barbatem flu. inter Conilium oppidul. ad Bor. & Belona novum, & Tariffam atque fretum Herculeum ad Merid.

Belo Chrobati, sive Chrobati albi, populi Croatiæ reg. versus occas. extensi.

Belogorod. V. Bialogroda.

Belona. V. Belo.

Belsia, *la Beauce*, prov. Galliæ, quibusdam Beisa, inter Insulam Franciæ ad ort. & Britanniam minor. ad occas. ac inter fines Normanniæ ad Sept. & Ligerim fluv. ad Merid. nunc multò angustioribus limitibus restringitur.

* *Tabula ejus*, apud Jo. Blaeu, alia apud Jo: Janson. Amst. fol. exp.

Belsinum, urbs Hisp. Tarrac. in Celtiberis, etiam Balsio, nunc *Berja*, in regno Aragonio, inter Cæsar-Augustam ad ort. 11. & Turiasonem ad occas. 3. leucis.

Belsonacum. Vide Bastonia.

Belt, & *Belth*. V. Mare Balticum. V. Balticum mare. V. Orientale.

Belsin. V. Bolbitinum.

Belz. V. Lagnus.

Belval. V. Bellavallis.

Belvedere. V. Blanda. V. Elis. V. *Euryalus*.

Belunum. Vide Bellunum.

Belvoir. V. Margidunum.

Belus, fluv. Palæstinæ, prope Ptolemaidem 2. stad. fluens; ad quem Vitrum primò inventum, ab aliis Beleus. Ibi mirabili quadam natura, tum Arenarum, tum alia in illum jacta Metalla in Vitrum mutantur; mirabilius, quòd jam conversæ Arenæ in Vitrum, quæcumque pars super margines loci illius fuerit posita, in vulgarem arenam denuò convertitur.

Belusia. V. Curta.

Belzensis Palatinatus, sive præfectura, incolis *Belskie*, Gall. *le Palatinat de Belzko*, tractus Poloniæ regni in Russia rubra, Leopoliensi Palatinatui & terræ Chelmensi vicina, ut & Volhiniæ; dividitur in quatuor territoria Belzense, Buscense, Grodlense, & Grabuvecense.

Belzium, *Belzke*, urbs Poloniæ regni, Palatinatus Belzensis caput, in Russia rubra, 5. mill. Polonicis à fluvio *Bug*, inter Leopolim & Zamosciam.

Bemarina, *Bemarin*, prov. Americæ septentr. in Florida reg. & sub Principe Apalatio, ubi urbs *Melilot*.

Bembinadia, parva prov. Arcadiæ, quæ & Nemæa.

Bemerlands. V. *Behemerlands*.

Bena, *Bene*, oppidul. Italiæ, cum castro, in Pedemontio, & in confinio Montisferrati, prope Tanarum fluv. 5. mill. à Clarasco in Merid. versus Montem Regalem, aliis Bagenne.

Bena, *Bena*, regnum Africæ, cum urbe cognom. in Nigritarum reg. prope fluv. Guinalam, versus Guineam super. & regnum Melli, ab aliis Betia dicitur.

* *Dapper* in descript. Africæ.

Benacum, oppid. Euganeorum in Gallia Cisalpina, excitum ad Tusculanum vicum, *Toscolano*, in agro Brixiano, & in ora occid. Benaci lacus, inter Guarnianum ad Septentr. & Salodium ad Merid.

Benacus, lacus Galliæ Transpadanæ in finibus Cenomanorum, & Bænacus, lacus Lydius, *il Lago di Garda* nunc accolis, *Gardzée* Germ. *le Lac de Garde* Gallis, sub Rep. Veneta, in Longobardia, inter agrum Veronensem ad ort. & Brixianum ad occas. ejusque minima pars ad Bor. versus Ripam Com. Tirolis rigat, & hinc extenditur ad Piscariam arcem in ora merid. ad 30. mill. quanta est ejus longitudo, ejus major latitudo est 10. mill.

* *Petri Bembi* Carmen inscriptum (Benacus) inter alia ejus Carmina edita Basil. in 4. & Flor. in 24. cum aliis.

Cluver. de eo in Ital. antiq. pag. 413.

Girolamo Gratarolo, Benacense historia, overo della Riviera Bresciana. Brescia. 1599.

Hier. Vitalis in Lex. Math. V. Benacus.

☞ In isto Lacu tantùm, non alibi reperitur Carpio piscis, qui aureis Arenis in eo extantibus nutritur.

Benalgiæ, *Benanges*, tractus Aquitaniæ, cujus caput Cadillacum, ad Garumnam fluv. 3. leucis supra Burdegalam, regiuncula in Guienna propria, & in confinio Vasatensis prov. etiam Benaugiæ dicitur.

Benamarin. V. Mauritania Tingitana.

Benavarium, *Benavari*, oppidul. Hispaniæ, in regno Aragoniæ, in limite Cataloniæ, 6. leucis à Barbastro in ortum; est Comit. Ripacurtiæ caput.

Benavente. V. Aritium. V. Beneventum.

Benauges. V. Benagiæ.

Benda, *Benda*, urbs Macedoniæ in Albania regione, Episcop. nunc in ruinis sub Turcis.

Bendarmassiæ Regnum, *le Royaume de Bendarmassin*, regio Indiæ in ins. Bornæi, & in ejus parte merid. qua Javam respicit, à quibusdam *Bandermahou*.

Bendarmassia, *Bendermassen*, urbs Asiæ in parte meridionali insulæ Bornei, in mari Indico, ad ostia fluv. Saccandani.

Bend-Emir. V. Araxes.

Bendenal. V. Mariane.

Benefeldia, *Benfeld*, oppid. in Alsatia, subest Episcopi Argentoratensi ab Argentorato, tribus mill. Germ. in Merid. ad Hellelum fluv. etiam Benofeldia.

Benharnia, *le Bearn* incolis, *el Bearne* Hisp. prov. Aquitaniæ (Principatus) ad radices montium Pyrenæorum, qui eam separant ab Aragonia versus merid. alii ejus termini sunt ab ortu Bigerensis Comit. & Armeniacensis ex parte, ad septent. Vasconia propria, & ad occas. Navarra inferior.

* *Jo: Jacob Hofman* in Lex. univ. V. Benearnia.

de Lescum, genealogia des Bearn.

Petri de Marca Arch-Episcopi Parisiensis. Historia Benearnensis. Gallice. Paris. 1640. fol.

Pierre Olhagaray, histoire de Foix, Bearn, & Navarra. a Paris. 1691. 4.

Sammarth in Gallia Christiana.

Tabula, le Pais-de Bearn, apud Joan. Blaeu, & apud Joan. Jansonium.

Benchatnum. V. Lascura.
Bene Jaacan. V. Lycia.
Benesuaif. V. Hermopolis.
Beneventanus Ager, *il Territorio di Benevento*, tractus Principatus Ulterior. est juxta Beneventum urb. sub Summo Pontifice, amplum, nunc ab Hispanis valde fuit imminutum, complectitnque tantum in præsentia Castra S. Angeli de Cupolo, Mottam, Panellam, Montem Orsi, Marcolum, Sciattam, Pastenam, Balneatam, S. Marci a montibus, S. Lucii, S. Angeli, & Francavillam, quæ omnia 3. aut 4. mill. a Benevento.
Beneventum, urbs & colonia Samnitum, in confinio Hirpinorum, prius Maleventum, & Venebentus, nunc *Benevento* incolis, *Benevent* Gallis, urbs Archiepiscop. in prov. Principatus Ulterior. ad Summum Pontificem spectans, ad Sabatum fluv. 28. m. p. à Capua in ortum, uti à Salerno in Septentr. 32. a Neapoli in ort. æst.

* *Antonii Caracccioli*, Antiqui Chronologi quatuor rerum Beneventanarum, *Herempertus Longobardus*, *Lupus Protospata*, *Anonymus Cassinensis*, & *Falco Beneventanus*. Neapoli, 1626, fol.

Jo Jacob Hofman in Lex. univer. & in ejus continuatione nonnulla. v. Beneventum.

Jo: Bapt. Pacichellus, de Benevento, in Itinerario Europæ parte 4. pag. 125. italice.

Petrus Pipernas de Nuce Beneventana, in suo tract. de magicis affectibus edito Neapoli. 1634. 8.

Alphonsi Salernitani, passio duodecim Martyrum Beneventanorum.

Pompei Sarnelli, Memorie del Collegio di S. Spirito in Benevento dall' anno di sua fondatione 1177. fino al Terremoto del 1688. li 5. Giugno. Napoli. 1688. in 4.

Anton. Spinellus, de Ducibus, & Principibus Beneventi, in suis Historiis Civitatis, & Regni Neapolitani, italice. Neapoli. 1675.

Ferdinandus Ughellus de Benevento Episcop. & Archiep. in Italia sacra tomo 8.

in *Concilio Romano* anno 969. sancitum est de erectione Beneventanæ Eccl. in Metropolitanam.

Beneventanum Concilium sub Victore Papa III. anno 1087. de quo Baronius anno 1087. Battaglinus in Historia Conciliorum tomo 2. extat in Collectione Concil. Veneta anni 1585. in tomo 3. parte 2. & in Parisiensi anni 1644. in tomo 26. fol. 607. Aliud sub Urbano Papa II. de quo Baronius anno 1090. extat in Veneta tomo 3. parte 2. & in Parisiensi in tomo 26. fol. 657. Aliud, & est primum sub Paschale II. anno 1108. de quo Baronius anno 1108. & Battaglinus tomo 2. pag. 158. extat in edit. Veneta tomo 3. parte 2. & in Parisienti in tomo 26 fol. 767. Aliud, & est 2. sub Paschale II. anno 1116. de quo Baron. anno 1616. & Battaglinus tomo 2. pag. 156. extat in edit. Veneta, tomo 3. parte 2. & in Parisiensi tomo 26. pag. 794.

Beneventum, *Benavente*, oppid. Hispaniæ, in regno Legionensi ad Estolam fluv. & in tractu Campestri (Comitatus Pimentellorum) forsan alias Vallata; est medium inter Senticam ad Austrum et. & Legionem ad Bor. 12. leucis.
Benfeld. V. Benefeldia.
Bengalæ Regnum, *le Royaume de Bengala*, regio Asiæ in India propria, versus ostia Gangis fluv. sub Magno Mogole, extenditurque ad 220. leucas ab ortu in occas. 140. à Septent. in Merid. terminatur ab Oriente regnis Indiæ extra Gangem, a Merid. sinu Gangetico, & regno Golcondæ, ab occas. & Septentr. regnis ditionis Magni Mogolis.

* *Will. Metholde*, a treatise of the Gulfe of Bengala. London. 1626. in fol.

Bengalæ sinus, *le Golfe de Bengala*, pars est Oceani Indici, aliter Gangeticus sinus. Vide ibi.
Bengancal. V. Arabia petræa.
Benges. V. Sabatia.
Bengian. V. Imaus.
Benguela, *le Benguela*, regio Africæ, in Guinea infer. & regno Angolæ, in ora Oceani, cum urbe & portu cognom. in ditione Belgarum.
Benjanini, populi Indiæ.

* *Henr. Lord*, historia de Benjanorum, & antiquorum Persarum religione. London. 1630. 4. anglice, & Paris 1666. in 12. gallice.

Beni Arax. V. Bnnobara. V. Villa.
Benibesseta, *le Benibessera*, regio Africæ, in Segelmessa parte Lybiæ citerioris, versus montem Atlantem, & confinia regni Telensini.
Benibubalud. V. Ceuta.
Benigonia, *le Benigumi*, regio Africæ, in Segelmessa reg. Libyæ citer. juxta Ghizum fluv.
Beniguazevalus, *Beninguazeval*, mons Africæ, in regno Fezzæ & in prov. Errifis, versus fontes Guargæ fluv. longe ab ora maris Mediterr.
Benigumi. V. Benigonia.
Benikenane. V. Tractus Arabum.
Benimager. V. Solis mons.
Benimaraz. Vide Septa. Vide Septem Fratres.
Beninum Regnum, *le Royaume de Benin* Gallis, *el Reyno de Beni* Lusitan. regio Africæ in Guinea, extenla versus oram littor. ad 600. mill. terminatur a Septentr. Nigritia regione, ab ortu regno Biafaræ, ab occas. Guinea propria, & a Merid. mari Guineæ dicto.
Beninum, *Benin*, urbs Africæ, in Guinea reg. regni cognom. caput, juxta fluv. *Benin* dictum, fere 120. m. p. in Boream a mari Guineæ & *Beni* vocatur a Lusitanis.
Benisuaif. V. Hermopolis.
Benisnedi. V. Babba. V. Julia campestris.
Beniauni, pop. Vindeliciæ, quorum oppid. nunc *Weilheim*, in Bavaria sup. ad Ambram fluv. 2. mill. German. à confinio Sueviæ & a Sconga opp. Bavariæ in ort. 7. a Monachio in Austrum, aliis, illos fuisse, ubi nunc Marchionatus Burgoviæ in Suevia versus Ulmam.
Bennaventa, oppid. Catticuchlanorum in Britannia magna, Benavenna aliis, nunc *Wedon*, vicus Northamptoniæ Comitatus in Anglia, 6. mill. pass. à Northamptonia in occas. Varvicum versus.
Benningdomia, urbs Angliæ in regno Merciorum.
Bennopolis, *Hildesheim*, urbs in Saxonia infer. Episcop. etiam Hildesia, & Hildesium dicta, subest proprio Episc. Vide Hildesia.
Benomotapa, urbs regia Regni Monomotapani, ad fluv. S. Spiritus, a Cefala versus Oceanum 21. mil.
Benfert. V. Biterra.
Bensfordbridga. V. Vennona.
Benthima, seu Benthemum, *Benthem*, castrum in Westphalia, Comit. Benthimensis caput, propè Vechtam flu. 2. mill. Germanicis ab Oldesalia in ortum.
Benthimensis Comitatus, *das Grafschaft von Benthem* incolis, tractus Westphaliæ inter ditionem Episcopi Monasteriensis ad ortum, & Transisalaniam Belgii uniti prov. Tuventiamque tractum ad occas. à Septentr. in Meridiem extenditur juxta Vechtam fluvium.

* *Mr. les Jeunes Comtes de Betheim*, Abregé du Manifest de Madame la Comtesse de Bentheim, &c. contenant l'Histoire des differens de cette famille, &c. a la Haye. 1679. in 12.

Jo: Jacobus Hofman, in Lex. universali, & in ejus Cont. V. Benthima.

Nic. Jo: Piscatoris, Tabula Frisiæ, & Territorii Embdensis, Transisalanæ, Benthemiæ, Westphaliæ, &c. Regionum. Amstel. 1649.

Philippus Jacob. Spenerus, de Benthima familia in Theatro Nobilitat. Europæ tomo 3.

Joa. Westenberg, Comitatus Benthemensis, apud Henr. Hondium, item Jo: Jansonium, & Guil. Blaeu.

Bentitiana, *Ventotiene*, ins. regni Neapolitani, in mari Tyrrheno, è regione Terræ Laboris, 9. mill. ab Ischia ins. in occasum, 18. a Gaeta in Meridiem.
Bentitiene. V. Parthenope.
Bentivolium, *Bentivoglio*, antea Pons Poledranus, castrum in ditione Ecclesiæ, & in agro Bononiensi, 10. m. p. à Bononia in Bor. Ferrariam versus, nunc ferè dirutum.
Bentotione. V. *Ventotiene*.
Bepyrrus, mons Asiæ, sic Taurus vocatur, mons in India extra Gangem, ad Damasos montes.
Bequia, *l'Isle de Bekia*, ins. una ex Antillis a Caribis tantum habitata, est inter Granatinos, circuitus 12. leuc. 7. leuc. a Sancti Vincentii insula in Meridiem, 15. a Granata insula in Septentr.
Bera. V. Virgi.
Beranensium civitas, in Gallia Aquitanica & in Novempopulana reg. Vide Benebarnum.
Beratum Regnum, *le Royaume de Berar*, pars Indiæ propriæ sub Magno Mogole, in ejus parte merid. terminatur ab ortu Regno Bengalæ, a Septentr. regno Malvæo, & ab occasu Candisio regno.
Berauna, *Beraun* incolis, *Bern* German. urbec. Bohemiæ regni, ad fluv. Misam, 3. mill. Germ. à Praga in occas. a quibusdam Verona vocata.
Berber. V. Arbis.

Berbice,

Berblee, *le Berbice*, fluv. Americæ merid. in Guiana reg.

Berbis, oppid. Pannoniæ infer. nunc est *Barbowyna* seu *Gabowyna*, vicus Hungariæ infer. ad Dravum fluv. 3. milli. Germ. à Quinque Ecclesiis in Merid. aliis *Berzeche* castrum ad eundem fluvium paulò supra, sub Turcis etiam Berebis.

Berbowina. V. Barbowyna.

Bercheim. V. Tiberiacum.

Bercheria, *The Barckshire* incolis, *le Comté de de Berks* Gallis, una ex provinciis occid. Angliæ, ubi alias Atrebates pop. ex parte terminatur ab ortu Surria prov. à Merid. Hamptonia, ab occasu Viltoniæ Comitatu, à Sept. separatur Tamesi fluv. ab Oxfordia, & Buckinghamia provinciis.

Anonymi, Apparition in Barkeshire observed in the Aire. London 1628. in 4.

Bercheria prov. seu Comitatus Angliæ. Amstel. ap. Jo: Blaeu fol. exp.

Berckel. V. Velicer.

Berck's Comté. V. Bercheria.

Berckshire. V. Bercheria.

Bercorcates, pop. Galliæ in Aquitania; qui & Bercorates aliis, pars fuere Vasatum populorum ad Austr. ubi nunc Landæ parvæ, & commenda *Bessaut*, inter Varatensem tractum ad Sept. & Condomensem ad Merid.

Bercorium, *Bressuire*, oppid. in Pictaviensi prov. 3. leucis à Parthenaco, totidem à Thuracio in occasum.

Berdsey. V. Edros. V. Andros. V. Hedros. V. Barsa. V. Limnos.

Berdua, *le Berdoa*, regio & desertum Africæ, cum urbe cogn. in Lybia deserta, & inter Gaogam & Lemptam regiones.

Berdun. V. Berdigum.

Bere. V. Byrsa.

Berecynthius, mons Asiæ min. in Phrygiæ magnæ & Cariæ confinio, ad Marsyam flu. & Celænum mont. haud ☞ valdè ab Apamia monte. hic erant Hesperides Horti, & Lucus Sacer.

Berezlo. V. Cibalis.

Berengras. V. Serbes.

Berenice, urbs Cyrenaicæ marit. quæ & Hesperia, una ex quinque urbibus Pentapolitanæ reg. *Bernich* nunc, inter Boreum prom. ad Syrtim magnam, & Arsinoen urb. ad ort. à qua 50. m. p. vel *Bernice*, nunc *Chosair*, seu *Alchosir*, aliis *Celir*, urbs Ægypti, ad sinum Arabicum versus Æthiopiæ confinia, à Ptolemaide ferarum urbe 300. mil. p. in Boream recedit.

Beresesh. V. Emodus.

Beresina. V. Borysthenes.

Beretra, Vide Belagra.

Berga. V. Bergusia.

Berga, urbs aliàs Scandinaviæ, quæ forsan Bergos & Bergio, nunc urbs Norvegiæ regni præcipua, in ora



occid. *Baern* dicta indigenis, *Berghen* Germ. *Bergues* Gallis, & *Berga* Hisp. & Italis Episcop. est emporium celebre, 12. m. p. ab ora littor. maris Germ. cum arce Bergenhusium dicta, estque in tractu *Nord-Herland*, subest Regi Daniæ uti Norvegiæ Regi 220. mil. Germ. à Vardhusia in Merid. 60. à Nidrosia urbe, Cimbrorum promontorium versus 50. & 80. à proximiori ora Scotiæ in ort. 70. ab Holmia in occasum.

Berga, *Bergen*, oppidul. Germaniæ, & caput Rugensis ins. in mari Baltico, prope Pomeraniam, in ditione Regis Svetiæ, 3. mil. Germ. à Sunda in ort.

* *Jo: Arnoldi de Fine*, incendium Bergense. Hafniæ. 1641. in 8.

Tabula, Bergensis Episcopatus apud Jo: Blaeum & Jo: Janson hæredes.

Bergæ ad Zomam, *Bergh op zoom* incolis, *Bergue sur le Zoom* Gallis, urbs Belgii uniti, in Brabantia, ad Scaldim fluv. (Marchionatus) nunc paret provinciis unitis Belgii, 7. leucis ab Antuerpia in Sept. Dordracum versus.

* *Henr. Hondii*, Brabantiæ pars septentrionali continens Bergozomam &c. Amst. ap. Hen. Hondium, & Jo: Jans.

Franc. van Schoten, Tabula Bergarum ad Zomam, &c. Amstel. ap. Guil. Blaeu, & Jo: Janson.

Bergæ Divæ Gertrudis, *Sainte Geertruydenberg* incolis, *Mons Sainte Gertrude* & *Guitemberg* Gallis, urbs Belgii unisi, in Comitatu Hollandiæ. Paret Principi Arausicano, sub dominio provinciarum Belgii uniti, in ora litt. à Dordraco, Heusdeno, & Breda æquali ferè trium leucarum spatio dissidet.

Bergæ S. Vinoci. Vide Vinoriberga, seu Fanum S. Vinoci.

Bergamo. V. Bergomum. V. Pergamum.

Bergane. V. Asilia.

Berganza. V. Braganza.

Bergas. V. Bergulæ. V. Pyrgus. V. Arcadiopolis.

Bergen. V. Berga.

Bergenbusium, *Bergenhus*, arx Norvegiæ prope Bergam urb. marit.

Bergensis præfectura, *Bergenhus*, pars est regni Norvegiæ, una ex ejus quinque provinciis maximè versus occasum extensa, ubi incipit ora australis, ejus longitudo est 60. mil. Germ. à Sept. in Merid. & latitudo 15. mil. dividitur in Bergensem, quæ ad Bor. & Stavangrianam *Stavangersleen*, quæ ad Austr.

* *Tabulæ* istius regionis, Amst. per Jo: Jans. per Jo. Piscatorem. Amst. fol. reg.

Bergensis provincia. Vide Muntensia Ducatus.

Bergen op Zoom. V. Bergæ ad Zomam.

Bergeracum, *Bergerac*, urbs in Petrocoricensi prov. ad Duranium flu. 5. leucis à Petrocorio in Merid. & 9. à Sarlato in occas.

Bergerio, Vide Bregætium.

Berghen. V. Berga. V. Montes.

Bergidense territorium, Vide Vergidense.

Bergidum, urbs Ilergetum in Hisp. Tarrac. nunc *Barbastro*, urbs Aragoniæ, Episcop. ad Cincam flu. 2. leucis à Montionc in Sept. 7. ab Osca in ort. in Ripacurtiæ Comit. aliis est *Berdun* in Catalonia in planitie Urgelensi.

Berginatrum, seu Bergintium, oppid. Centronum in Gallia Narb. nunc *S. Maurice*, oppidul. Sabaudiæ in Tarantasia prov. ad Isaram flu. ad radices Alpium, propè montem minorem S. Bernardi, 4. leucis à Monaste-


zio urbe in ort. Augustam Prætoriam versus, aliis est *Senrron*, vicus in hoc tractu.

Bergische-landen. V. Montanus Ducatus.

Bergistani, pop. fuere Hispaniæ citer. inter Iberum & Pyrenæos montes.

Bergomense territorium, *il Bergamasco* incolis, *le Bergamasque* Gallis, pars est Longobardiæ, ubi aliàs Orobii populi Galliæ Transp. sub Cœnomanis, aliasque pars fuit Ducatus Mediolanensis, nunc subest Reip. Venetæ, terminatur à Sept. Valle Tellina, ab Oriente Brixiano agro, à Meridie & Occid. Duc. Mediolan.

Bergomum, urbs aliàs Orobiorum Cœnomanorum in Gallia Transpad. nunc



Bergamo incolis, *Bergame* Gallis, urbs Longobardiæ in agro cognom. sub Repub. Veneta, Episcop. olim Pergamum, aliis Bergamum, inter fluvios Brembum ad occas. & Serium ad ort. 30. mil. p. à Brixia in occas. Mediolanum versus totidem 30. a Como in ortum.

* *Franc. Bellafinus*, de origine, & temporibus Urbis Bergomi. Venet. 1532.

Barthol. Bolla, thesaurus proverbiorum Italico-Bergomensium. Bergomi. 1604.

Pauli Bonetti Bergomatis, Pantheon Romano-Bergomense, obiit. 1655.

Donati Calvi Bergomatis, Scena Literaria, de Scriptoribus Bergomatibus. Bergomi, 1664. in 4. italicè.

Phil. Cluverius, in Ital. antiq. lib. 1. cap. 25. & in Germ. antiq. libro 5. cap. 7.

Celestini Colconii Bergomatis Capuccini, Bergomensis Urbis, & ejus districtus historia quadripartita, italicè, pars 1. Brixiæ, 1618. in 4. & pars 2. Bergomi 1617. in 4. *Ejusdem* brevis Relatio de ingressu Patrum Capuccinorum Bergomum, & de Monasteriis pro Patribus Capuccinis a Bergomatibus exstructis italicè. Bergomi. 1622. in 4.

Vinc. Coronelli, hist. urbis Bergomi, italice, Venet. 1694. in 4. alibi ponit seriem Episcoporum Bergomensicum cum effigie Danielis Justiniani Episc. Bergom.

M. Ant. Michaelis, Urbis, & Agri Bergomatis Descriptio historica. Venet. 1532. in fol.

Achillis Musii Bergomatis, Theatrum sex partibus distinctum, quo illustrium Bergomatum monumenta referuntur; obiit. 1594.

Marii Musii Bergomatis, Historia sacra Bergomi italicè. Bergomi. 1621. in 4.

Barthol. Peregrinus, de antiquis Bergomi monumentis; obiit 1591.

Jacobi Philippi Bergomatis, Pharmacopæa Bergomensis. Berg. 1580. in 8.

Franc. Scotus, describit Bergomensem Civitatem, & ponit fig. in Itinerario Italiæ linguis variis multoties edito, parte 1.

Jacob. Tiraboscus Bergomas, de laudibus Bergomi.

Ferdinandus Ughellus, de ejus Episcopis, in Italia Sacra tomo 4.

Anonymi, Collegii Medicorum Bergomensium Pharmacopæa, sive de usitatorum Medicamentorum componendorum ratione liber. Bergomi. 1580. in 4.

Territorio di Bergamo, Tabula Topographica Amstel. ap. Henricum Hondium, item ap. Jo: Blaeu, item ap. Jo: Jansonium.

Bergos. Vide Berga.

Bergstraff, & *Bergstras*. V. Strada Montana.

Bergues. V. Berga.

Bergula, urbs Thraciæ in Corpialica prov. quę Bergulæ Bergulium atque Arcadiopolis, nunc *Bergas*, antea Episcop nunc inter Metropoles, inter flu. Arzum ad ort. & Melam ad occas. ad radices montis Rhodope, inter Hadrianopolim ad occas. 54. & Heracleam ad ort. 47. m. p.

Bergusia, quod & Bergusium, oppid. Allobrogum in Gallia Narb. nunc *Bourgoin*, oppidul. Delphinatus, 5. leucis a Vienna in ort. 6. à Lugduno, Camberiacum versus 10.

Bergusia, oppid. olim Ilergetum in Hisp. Tarrac. etiam Percusa, hodie *Balaguier* Ballegarium, urbs principatus Cataloniæ ad Sicorim flu. 5. leucis supra Ilerdam in ort. æstivum Urgellam versus, inter confluentes utriusque Nogueræ, aliis est vicus *le Pertus*, ad radices Pyrenæorum in Catalonia, & in limite Comit. Ruscinonis. V. Ballegarium.

Bersara. V. Arabia deserta.

Berick. V. Calonis.

Berifir. V. Asilisia.

Berim, regio in tribu Nephtali.

Berinsola, melius Belitio. Vide ibi.

Beriolium, *Bariols*, urbs Galliæ, in Provincia, 3. leucis distans a Brincola in Sep-

Septentrionem, & quinque à Reiis in Meridiem.

Berlanga. V. Valeranica.

Berlin. V. Berolinum.

Berlanga, *Verlanga*, oppidul. in Castella vet. ad Durium flu. propè Uxamam urbem.

les Berlingas. V. Erythiæ.

Berlinum. Vide Berolinum.

Bermeo. V. Amanum portus. V. Flaviobriga.

Bermer. V. Barbari.

Bermius, mons Macedoniæ, in Merid. vergens, in Epiri & Thessaliæ confinin, Pindo finitimus.

les Bermudes. V. Æstivæ Insulæ. V. Bermudæ.

Bermudæ insulæ, *les Isles Bermudes*, insulæ parvæ Americæ in mari sept. nunc Summerii insulæ, ab Anglis *the Summer Iles*.

Bern. V. Verona. V. Berauna.

Berna, *Bern* incolis, *Berne* Gallis, urbs Helvetiorum ad Arolam flu. inter



Vrsina ciuitas uulgo Berna Heluetię: eam bartholdus dux Zeringensis con:
struxit: et ab urso in uenatione capto denominauit: in peninsula sita
cuius quam facit arola. amnis nauigabilis: solum habet omnium rerum preterquam
uini ferax: hec urbs ab urso nome accepit. solet perpetuo aliquot ursos nutrire:

Salodurum à Sept. & Friburgum ad Merid. est caput Bernensis pagi.

Jo: Cochlei, brevis expostulatio adversus novam in Ecclesia Reformationem Senatus Bernensis apud Helvetios anno 1528. editam prodiit e germanico in latinum versa. Lips. 1534. in 8.

Abr. de la Fave, Statuta, & Leges Reipublicæ Bernensis. Bernæ, 1618.

Glareanus, de ea in Panegyric. Helvetię.

Jo: Jacob. Hofman, in Lex. univers. V. Berna.

Samuelis Hortini, Catalogus Bibliothecæ Bernensis.

Abrahamus Sculcetus, de ea in Annalibus.

Simlerus, de Republica Helvetiorum &c.

Anonymi contra Protestation Hn. Schult. heissen und Rahts der löblichen Stadt Bern wieder Sam. Hubern / (III) Treuhertzige Erinnerung Sam. Hubers an dieselbe Witteb. 1593. 4.

De quatuor Monachis ord. Prædic. apud Svicenses in Civitate Bernensi combustis anno 1509. in 4. & germanicè. Francf. 1589. in 4.

Bernaburgum, *Bernburg*, urbecula Germaniæ, in Saxonia sup. & Princip. Anhaltino, ad Salam flu. ubi Vipperam recipit, 4. mil. Germ. à Magdeburgo in Merid. totidem à Dessavia in occas.

Beschreibung des grossen Schadens / welchen die Statt Bernburg im Fürstenthumb Anhalt am. 1. 2. 3. 4. Mai An. 1595. vom Wasser erlitten. Zerbst. 1595 4.

Bernacum, *Bernay*, oppid. Galliæ in Normannia prov. & in Lexoviensi agro, ad Carentonum flu. medium fere inter Ebrocum ad ort. & Lexovium ad occ.

Bernardostadium, quæ & Bernardopolis, & Bernstadium, *Bernstad*, urbec. Bohemiæ, in Silesia & Duc. Olsnensi, etiam Beroldstadium, & Berlinvia, ad Weidam fluviol. 3. mil. Germ. ab Uratislavia in ort. versus Poloniam.

Bernavia, op. hisp. tarrac. non procol à Cæsaraugusta, *Benavar* vulgò.

Bernay. V. Bernacum.

Bernbourg. V. Bernaburgum.

Berncastel. V. Sauro. V. Tabernæ Mosellanicæ.

Bernenses, *Verone*. Vide Veronenses.

Bernensis pagus, *le Canton de Berne* Gallis, *die Ort von Bern* Germ. *il Cantone di Berna* Ital. pars Helvetiæ versus Occid. ubi alias Verbigeni populi, & pars Ambronici pagi, terminatur ab ortu pagis Lucerino & Subsylvaniensi, à Sept. pago Solodorensi, & ditione Basileensis Episcopi, ab occasu Comitatu Burgundiæ, & Comitatu Novocastrensi, a Meridie Vallesia & lacu Lemano, quo a Sabaudia separatur.

Bernich. V. Berenice.

Bernicii, pop. fuere, ubi nunc Comit. Northumbriæ, & pars meridionalis Scotiæ usque ad Edimburgum.

Bernstadt. V. Bernardostadium. V. Bernardi urbs.

Beroa, quæ Berrhœa aliis. Vide ibi.

Berolinum, *Berlin*, urbs Germaniæ in Saxonia sup. & in media Marchia Brandeburgica, ad Sprehsm flu. duplex est, Berolinum urbs propria, *Berlin*, quæ ad Boream, minor pars quæ ad Merid. & cis Spreham, Colonia dicitur, *Coln* vulgò, 17. mil. Germ. a Magdeburgo in ort. æstivum Francofurtum ad Oderam versus 11. a Vittemberga 12. versus Septentrionem, & Stetinum, & 70. à Varsavia in occasum.

* *Gotfred. Weber*, Gymnasii Berolinensis sæcularis recordatio. Berol. 1674. in fol. *Ejusd.* Jubila inter Nubila Discipulorum. ibid. *Ejusd.* Gymnasii renascentis monumentum Docentium. ibid.

Beron. V. Bilæna. V. Berra.

Berones pop. Hisp. Tarrac. sub Celtiberis, aliis Verones. V. Vennæ.

Beronicæ. Vide Berenice.

Berovaldia, *Berwalde*, oppidulum in nova Marchia Brandeburgica, sub Electore, uno mill. German. ab Odera fluv. & quatuor à Lansperga in occasum.

Berra, *Berre*, oppidul. Galliæ in Provincia, ad Astromelam sinum, & ad ostia Cæni fluv. 3. leucis a Massilia ad Septentr. 5. ab Aquis Sextiis in occas.

Berrhoea, Macedoniæ urbs in Æmathia prov. prope Ludiam fluv. a Turcis *Carra Verria*, ad radices Bermii montis, inter fluvios Aliacmonem ad Austr. & Axium ad Bor. olim Episcop. nunc metropolis, 30. m. p. à Pidne, totidem a Pella in occas.

Berrhoea, Βέρροια, & Beroea, & Beroa, & Beroe, nunc *Alep* dicitur, *Aleppo* Italis, ad fluv. Marsyam, urbs maxima Syriæ, & emporium, 28. leuc. ab Alexandria minori, in ort. Euphratem versus 28. a Damasco 200. m. p. in Bor. & 30. ab Hierapoli.

Berrhoea, urbs Thraciæ ad Bermii montis radices. inter Nicopolim Mœsiæ & Philippopolim Thraciæ.

Berrocensis ager, nunc Bercheria dicitur. Vide ibi.

le Berry. V. Bituricensis Ducatus.

Bersabee, urbs Palæstinæ in Tribu Simeon, postea regni Judaici in Gerarítica tractu, versus Merid. vulgò

Gallyn

Gallyn incolis, *Bethgebrim* Arabicè, & *Gibelia*, 8. m. p. a Gaza in ortum, 20. ab Hebron in Merid. nunc vicus.

Bersack. V Carthago. V. Byrsa. V. Castra Germanorum.

Bersch, & *Berse*. V. Persium.

Bersello V. Brixellum.

Bersenburg. V. Ufcenum.

Bersiamitæ, *les Bersiamites*, pop. in Nova Francia, ad æstuarium S. Laurentii in ejus ora septentrionali.

Bersinum. Vide Lombarium.

la Bertagna. V. Britannia minor, & Aremorica.

Bershalom. V. Pirum.

Bertinoro. V. Petra Honorii. V. Britinorii.

Bertinum, urbs Marchiæ Brandeburgensis.

Bertolchgaden. V. Bertolgada.

Bertolgada, *Berchtolsgaden*, oppidum in Bavaria sup. & intra limites ditionis Salisburgensis, ad amnem Aram, 3. mill. Germ. à Salisburgo in Merid. sub Præpositis loci.

li Bertoni. V. Britanni.

al Berton. V. Parætonium. V. *Alberton*.

Bertrandopolis. Vide Fanum S. Bertrandi, & Lugdunum Convenarum.

Bertula, ins. Sardiniæ adjacens, in ejus ora occid. nunc *la Coxa di Donna* incol. o *Malventre*, *la cuisse de femma* nautis Gallis.

Bervan. V. Chaurana.

Berubium, seu Beruvium, promontor. Britanniæ major. in ejus parte Boreali, & maximè in Septentrionem prætensum, in Cornabiorum prov. nunc est *Dungesby head*, in Cathanesia prov. Scotiæ, contra Picticum fretum & Orcades insulas, in ora septentr. ubi incipit oriental.

Bervicum, *Berwich*, urbs aliàs in Scotiæ regno, & in Marchia prov. nunc in Anglia Boreali, & in Northumbria prov. ad ostium Tuedæ fluv. in limite Scotiæ & in ora Oceani Germ. 60. mill. Angl. à Dunelmo in Bor. 240. à Londino, Edimburgum versus, 44. in occas. æst.

Berwalds. V. Berovaldia.

Berwich. V. Bervicum.

Berytos, Arabiæ urbs, quæ prius Diospolis dicta.

Berytus, Phœniciæ urbs, quæ Berytus colonia fœlix Julia, & colonia Augusta & Berytus fœlix Julia, nunc *Beirut* incolis, *Barut* Gallis, *Baruti* Italis, urbs Archiepiscop. in ora maris Syrii, inter Bylum ad arctos 34. & Sidonem in Austr. 30. m. p. a Tripoli 70. recentioribus inter Tripolim 40. ad Bor. & Damascum 60. ad ortum.

* *Paulus Æmilius*, de Beryto anno 1187. a Saladino Christianis capta. lib. 15.

Jo: Pastæ Berbuceli, Epigramma de conflagratione Beryti; extat in Græco Florilegio. lib. t. 3. 4. & 6.

Blondus de eadem materia, decif. 2. lib. 6.

Jo: Jacobus Hofman in Lex. univ. & in ejus Continuat. v. Berytus.

Jo: Strauch, Berytus, sive ad Tit. C. de Metropoli, Beryto. Brunswig. 1662. 4.

Berzerche. V. Berbis.

Berzeto. V. Barcetum.

Besa, fons Thessaliæ, inter Ossa, & Olympum.

il Besegno. V. Fetiror.

Besalu. V. Bisuldunum.

Besançon. V. Bisontio. V. Visontio. V. Visontium.

Besbicus, quæ & Besbycus, ins. Asiæ minor. in Propontide, in ora Bithyniæ, propè fauces Cyani sinus, Proconneso finitima, 30. m. p. à Prusa in occas. nunc *Celonio*, aliis *Maignine* & *l'Isola del Papa* aliis.

Besbria, *la Besbre*, amnis Galliæ, in Borbonensi prov. qui ex Monmorillone ortus propè Borbonium Anselmum in Ligerim cadit.

Bescia, oppid. Italiæ in Campania quod & Velcianum, & Vescia, in Hirpinorum confinio, nunc *Vesciane*, vicus in provincia Terræ Laboris, propè Nolam urb.

Besechat. V. Africa.

Besenege. V. Arsinarium.

Besermanni. V. Scythæ.

Beses, & *Besos*. V. Bætulo.

Besidiæ, urbs Brutiorum, quæ & Desidiæ, nunc Bisinianum *Bisignano* incolis, *Bisingan* Gallis, quasi Bisidianum, urbs in Calabria citer. Episcop. (Principatus gentis San. Severini) ad Crathim fluv. 15. mill. a Rossano in occas. mare Tyrrhenum versus totidem, & 16. a Cosentia in Septentrionem.

Besiers. V. Biterræ. V. Biteræ.

Besingitis, regio Asiæ, in India extra Gangem, ubi forsan nunc regnum Peguanum.

Besippo, oppid. Hisp. Bæt. in Turdetanis, in ora littor. Oceani, *el Puerto de S. Maria*, castrum Vandalitiæ, in ora sinus Gaditani, ad ostia fluv. Lethe, aliis *Ciclana* oppidulum, 2. leucis a Gadibus in ortum, aliis *Bejer* oppidul. ejusd. prov. versus oram freti Herculei, 9. leucis a Gadibus in Merid. totidem a Calpe in occas.

Besor torrens, qui & torrens Ægypti, fluv. Palæstinæ, Tribum Simeonis a Tribu Juda separans, & in Mare Syriacum se exonerans prope Gazam urbem.

Besos. V. Bætulo. V. Betullo.

Besozzo. V. Bilitium.

Bessarabia, *la Bessarabie*, prov. Regni Hungariæ, extenditur ab ortu in occas. inter Pontum Euxinum ad ort. Podoliam ad Septentr. Valachiam ad occas. & Moldaviam ad Merid. Bulgariamque, a qua separatur Istro fluv. nunc subest Turcis.

Bessastadium, & Bessestadium, *Bestede*, aliter *Kronningesgard*, arx Islandiæ in ejus parte meridionali, ad sinum *Alstafiord*.

J. Bouvot, Coustumes de Bourgogne. Genevæ. 1632. 4.

Barthol. Cassanai, ad Consuetudines Burgundiæ. Lugd. 1543. fol. & Genu. 1647. fol. Francof. 1609. fol. *Idem*, de Burgundiæ Ducis dignitate, in Catalogo Gloriæ Mundi, parte 5.

Barth. Castanei, Consuetudines Burgundiæ. in fol.

Andr. du Chesne, Histoire genealogique de Ducs de Bourgogne, &c. Paris. 1628. 4.

Gilberti Cognati, descriptio Comitatus Burgundiæ, sive Burgundiæ Superioris. Basil. 1552.

Conrigius, de Burgundia, in Tract. de fin. Imperii.

Edmundi Dinteri, Genealogia Ducum Burgundiæ, Brabantiæ, Flandriæ, &c. Francof. in 8. *Idem*, de Burgundiæ nobilitate, in Vita, & Obitu Philippi à Burgundia Philippi Ducis Burgundiæ Filii, &c. Hanoviæ, 1611. & apud Freherum, de Scriptor. Germ. tomo 3.

Dn. de Fabert, Historia Ducum Burgundiæ. Col. 1687., in 12. gallicè, de qua in Act. Erud. Lips. anni 1687. pag. 300.

Carolus Fevretus Jurisconsultus, de Claris Oratoribus Fori Burgundici dialogi libris, 3. Divione. 1654. 4.

Loys Golus, les memoires historiques de la Republique Sequanoise & des Princes de la France Comte de Bourgogne. Dolæ. 1592. fol.

Alvarus Gomez, de Militia, & Vellere aureo Ducis Burgundiæ, carmine Heroico. Toleti. 1540. 8.

Ponti Heuteri Delphi, Rerum Burgundicarum libri 6. seu Res gestæ Regum, Ducum, Comitum Burgundiæ. Antuerp. 1583. fol. ibid. 1600. 4. Hagæ Com. 1639. 8. Lovanii. 1645. fol. Accessere libri a. de veteri, & hodierno Belgio. Lovanii. 1649. fol. *Ejusd.* Opera Historica Burgundica, Austriaca Belgica. Lovanii. 1651. fol.

Jo: Jacob. Hofman in Lexico Univ. de Ducatu, & Comitatu Burgundiæ plurima. v. Burgundia.

Jo: Hondii, Le Duché de Bourgogne & Comté de Carolis. Amstelod. tabulâ geogr.

Ferdinandi Launoyi, Recentissima Descriptio Comitatus Burgundię. Mappa. Antuer. 1579. extat etiam in Ortelii Theatro. 1595.

Jacobi Cornelii à Marca, Duces Burgundiæ Flandriæ Comites, seu res gestæ. Antu. in 8.

Matth. Meriani, Topographia Burgundiæ Inferioris, germanicè. Francof. 1654. fol.

Auberti Miræi, Fasti Belgici, & Burgundici, 1622. in 8.

Ludov. Morerius in Dict. hist. v. Bourgogne.

Abrah. Ortelii, Descriptio Burgundię Inferior. quę sub Ducatus nomine censetur. Antu. 1584. fol., & in ejus Theatro. 1595.

Guil. Paradini, de antiquo Burgundiæ Statu libellus. Basil. 1549. 8. Lugd. 1500. 8.

Estienne Perard, Recueil de plusieurs pieces curieuses servant a l'Histoire de Bourgogne. Paris. 1664. fol.

Erycii Puteani, Theatrum Heroicum Imperatorum Austriarorum, Ducum Burgundiæ, & Regum Hispanię. Bruxellæ. 1642. fol.

Pierre de Sainct Julien, de l'origine des Bourguignons & antiquite des Estats de Bourgogne, de Chalons, de Mascon, &c. à Paris. 1581. fol.

Nicol. Sanson. Gouvernement General du Duché de Bourgogne, Comté de Bresse, pays de Buge, Valmorey, &c. Amstelod. apud Joan. Jansonium.

Conr. Samuelis Schurtzfleischii, Historiæ veteris Regni, populiq; Burgundiorum. Wittemb. 1679. 4.

Georgii Tilgeriensis liber de Burgundiorum origine.

Hadrianus Valesius, in Notitia Galliæ.

Nicolai Viginerii, Burgundionum, item Gallicarum rerum Chronicon, ex Bibliotheca Historica. Basileæ. 1575. 4.

Martini Zeileri, Beschreibung des Burgund und Niederlandischen Crayses. Ulm. 1649. 8. *Idem* delineat Ducatus Burgundiæ principaliora loca, & oppida, in Topographia Galliæ. Francof. 1655. fol.

Anonymi, Contra Status Burgundiæ Apologia, prohib. in Indice Rom.

Rerum Burgundicarum Chronicon. Basil. 1595. 4.

Gubernatores, & Archistrategi Belgii, & Burgundiæ. Coloniæ. 1675. in 4.

Ducum Belgicorum, & Burgundicorum ortus, & adventus. Colon. 1675. 4.

de Burgundionum in Gallia Regibus agitur in libro inscripto, Excerpta Historica incerti.

Ordonnances de l'Empereur Charles V. publiees en sa Court souveraine de Parlement à Dole 1559. ou sont contenues les Ordonnances tant anciennes que nouvelles de la Franche Comte de Bourgogne. à Dole. 1554. fol.

Beschreibung des Französischen und Burgundischen Kriegs Zwischen Ludwig dem 11. und Carl dem VIII. wider Herzog Carl zu Burgund. Strasb. 1566. fol.

Responsum Conventus trium Ordinum Burgundiæ, de Edicto pacis Religiosæ in Gallia factæ. 1564.

Burgundische Kraiss. V. Burgundicus circulus.

Burgus, *Bourg en Bresse*, urbs Galliæ, in Bressiæ Comitatu, ad amnem *la Resousse*, 5. leucis à Matiscone in ortum, 9. à Lugduno versus Septentr. Subest Regi Franciæ.

Burgus, *Bourg*, cognomento *sur Mer*, oppid. Galliæ, in Aquit. & in agro Burdegalensi, ad Duranium fluv. ubi Garumnæ commiscetur, 2. leucis à Blavia, 5. à Burdegala in Septentrionem.

Burgus, *Berg*, oppidul. Sueciæ, in Finnia reg. & Nilandia prov. prope sinum Finnicum.

Burgus-novus, *Bourgeneuf*, oppid. Galliæ, in prov. Marchiæ, ad Taurionem amnem, 6. leucis à Lemovico in ortum.

Burgus S. Andeoli. Vide Burgum S. Andeoli.

Burgus S. Donnini. Vide Fidentia.

Burgus Sessites, *Borgo di Sesia*, oppidul. in Ducatu Mediolanensi & in agro Novariensi, ad Sessitem fluv. & in confinio agri Vercellensis, 20. mil. Italicis à Vercellis in Septentr. 12. à Verbano lacu in occas. distans.

Burgus Vallis Tari, *Borgo di Val di Taro*, oppidum in Longobardia, ad Tarum fluvium, caput principatus Vallis Tari in agro Placentino, ad radices Apennini, aliàs sub proprio principe è gente Landa, nunc subest Duci Parmæ, 35. m. p. à Cremona in Merid. Sarzanam versus totidem, 25. à Bobbio in ort.

Buriach. V. Budoris.

Buriana. V. Brigiana.

Buriano. V. Salcumbrona.

Buriburgum, *Buriburg*, seu *Buraburg*, urbs fuit Germaniæ Episcopalis, nunc excisa, & ejus ruinæ sunt in monte Buriburgo prope Fritetlariam urbem Hassiæ infer. ad Ederam fluv. in limite Comit. Valdecensis.

Burichum, *Burik*, oppidul. Germaniæ in Ducatu Clivensi, ad Rhenum fluvium, è regione Vesaliæ, 3. mill. Germanicis à Geldria in ortum. Quibusdam Burcinacium, nunc subest Electori Brandeburgico.

Buriciana, oppid. Vindeliciæ, hodie est *Purckeim*, castrum Bavariæ, ad Danubium fluv. paulò supra Novoburgum, & infra confluentes Licbi fluv.

Buridensi, populi Daciæ, prope Alutham fluv.

Burii, populi fuere Germaniæ, Hermionum pars, cognomine Luti, erant prope Lugios, ubi nunc forsan pars septentr. magnæ Poloniæ versus Calisiam urbem.

Buritaca, *la Buritaca*, prov. Americæ merid. in Terra firma, & in præfectura S. Marthæ.

Burnea. V. Turrena Augustalis.

Burneo. V. *Borneo*.

Burniquellum, *Bourniguet*, oppidulum Galliæ in Aquitania, & in Cadurcensi prov. ad Avarionem fluv. in limite Occitaniæ, & Albigentis agri, 4. leucis à Montalbano in ort. Francopolim versus 9. etiam Brunechildis castrum dictum.

Burnonis mons, *Bourmont*, oppid. Galliæ in Barensi Ducatu, & in Bassiniaco agro, juxta Mosam fluvium, in limite Campaniæ, 9. leucis à Calvomonte in ortum.

Burnum, oppid. Illyrici mediterr. in Liburnia, quod & Burnium, *Grachova* nunc, Arauxonæ proximum.

Burou, *Bouro*, ins. Asiæ, in mari Indico, inter Molucas & Macassariam insulas.

Buronia, Sylva Germaniæ circa Coloniam Agrippinam, nunc *Westerwalds*, est forsan pars Vestervaldiæ tractus, circa Scaldim.

Burranus Lacus, lacus S. Praxedis in Latio, ad viam Prænestinam, nunc *il Lago di S. Prassede*, seu *il Lago di Castiglione* prope Gabios, 14. m. p. ab urbe Roma in ort. in Campania Romana, & in ditione Ecclesiæ.

Burren. V. Pettinesca.

Burrium, oppid. Britanniæ major. nunc est

est *Uske* oppidul. Angliæ, in Wallia prov. & in Comitatu Monumetensi, ubi *Brithin* profluens Iscæ commiscetur, 11. m. p. ab æstuario Sabrinæ in Septentr. totidem à Monumethia in occasum.

Burrow. V. Verometum.

Bursa. V. Prusa.

Bursaonenses, pop. Hisp. Tarrac. inter Calaguritanos & Complutenses.

Bursia. V. Mysia.

Burtanga, *Buyrtang* incolis, *Bourtange* Gallis, arx Belgii uniti, in dominio Groningensi, in confinio Westphaliç, sub provinciis unitis, inter Westervoldios & Monasterienses.

Burtina, urbs Ilergetum in Hispania Tarrac. quæ & Bortina, hodie *Almudevar* vicus Aragoniæ regni, inter Cæsaraugustam 10. & Oscam in ort. æstiv. 4. leucis.

Burtudisum, Thraciæ urbs, Bustudisne aliis legunt.

Buruncum, oppidul. Germaniæ infer. aliis Burungum, nunc est *Wuringhen*, oppidul. in Circulo Rheni infer. ad Rhenum fluv. in ditione Electoris Coloniensis, inter Coloniam ad Merid. & Novesium ad Septentr.

Burust. V. *Bursa*.

Buruz. V. Cibyra.

Bury. V. Villa Faustini. V. Fanum S. Edmundi.

Busa, *l'Isle de Bus*, ins. Oceani Sept. seu Caledonii, centum leucis à Groenlandia in Merid. extenditur in longum ad 40. leucas, & in latum ad 15.

Busacteri, pop. Germaniæ, iidem cum Bructeris.

Busaqui. V. Busarapis.

Busas, & Busareo. V. Napuca.

Buscum Ducis. V. Boscum Ducis.

Busendorf. V. Bussonis Villa.

il Busento. V. Buxentius.

Buseyum, *Buzay*, Abbatia Galliæ, in Britannia minori, & in Nannetensi tractu, ad Ligerim fluv. 7. leucis infra Nannetas in occas.

la Busine. V. Buxinum.

Bussereth. V. Bostra.

Busseto. V. Buxetum.

Bussetum, *Busseto*. Vide Buxetum.

Bustersaller. V. Pirustæ.

Busera. V. Bucia. V. Hybla minor. V. Buterium.

Buteræ, *Besiers*. V. Bliteræ.

Boterium, *Butera*, oppid. Siciliæ, in valle Netina (Principatus) intra montes, 10. mill. ab ora littor. 4. a numine Himera.

Buthroti Sinus, aliàs Pelodes, nunc *il Golfo di Botronto*, pars est parva maris Jonii in ora Epiri, juxta Buthrotum.

Buthrotum, urbs aliàs & col. Epiri, Bouthrotum, *Botronto* nunc, oppidul. Albaniæ in Chimera prov. & in ora littor. maris Jonii & Buthroti sinus dicti, sub Turcis, Episcop. 6. m. p. à Corcyra ins. in ort. 10. ab urbe cognomine in ort. æstiv. & 100. stadiis ab Acroceraunis montibus in Merid. Nicopolim versus.

Buthrotus, fluv. magnæ Græciæ, apud Locros fluens, ab altera parte orbia versus Zephyrum promontor. nunc vulgò *la Bucorta*.

Butovium, *Byczow* incolis, *Butow* Germanis, oppid. Germaniæ, in Ducatu Pomeraniæ, & in Cassubia tractu, ad Stolpam amn. prope *Valdow* desertum Prussiæ, & in ditione Electoris Brandeburgici, etiam Bythonia dictum, 8. mill. Germ. à Gedano in occas.

Butragum, *Butrago*, urbecula in Castella nova, & in limite Castellæ veteris, 6. leucis à Segovia in ort. 15. à Madrito in Boream Burgos versus, ad radices montis *Ardez*, & *Buitrago* etiam dicitur, olim Litabrum dicta, & Blitabrum quibusdam.

Butrinto. V. Buthrotum.


Butrium, oppid. Galliæ Cispad. in Æmilia, nunc *Budrio*, castrum Romandiolæ in agro Bononiensi, ad Idicem fluv. 10. m. p. à Bononia in ort. æstiv. 18. à Ferraria in Merid.

Butro. V. *Budrio*.

Buttoni Sinus, *the Buttons Bay*, sinus Oceani septentr. in America septentrionali, est pars occid. sinus Hudsonis.

Buttons Bay. V. Buttoni sinus.

Butua, urbs Illyrici, Bulua, Buthoe, nunc *Budoa*, urbs Dalmatiæ merid. in ora maris Adriatici, Episcop. sub



Repub. Veneta, 30. m. p. ab Antibaro in occas. æstiv. & 30. à Scorda in occas. inter Ascrivium ad Septent. & Olcinium ad Merid.

Butuæ Regnum, *le Royaume de Butua*, regnum Africæ, in Æthiopia inferiori, & sub Imperio Monomotapæ.

Butua, *Butua*, urbs Africæ, in Ætiopia infer. & imperio Monomotapæ, cum regno cognomine, versus Zambezum fluv.

Butunatum, urbs Apuliæ Peucetiæ, sive Butuntus, Budruntum aliis, nunc *Bitonto* incolis, *Bisonte* Gallis, urbs agri Barani, Episcop. 5. mill. p. ab ora maris adriatici in Merid. 8. à Bario in occas. Rubos versus totidem, Bitecto propior.

* *Cornelii Mussi*, Synodus Butuntina. Venet. 1579. in 4. italicè.

Ferd. Ughellus, de ejus Episcopis, in Italia Sacra. Tom. 7.

Buzaw. V. Peucinum.

Buxen. Vide Ebodurum.

Buvinda, flu. etiam Boandus & Boinus, *Boyn* vulgò, fluv. Hiberniæ in Lagenia prov. & in Comit. Mediæ Orientalis, ubi in ortum æstivum fluens, Trimmam rigat & Slanum, hinc ad Pontanam labens paulò infra in Oceanum Hibernicum se exonerat.

Buxenghum, *Buxengh* incolis, *Bouxach* Arabibus, & *Fouxach* quibusdam, oppid. Persiæ in Corasana regione, 17. parasangis in Merid. ab urbe *Herat*.

Buxen-

Buxeotius, *il Busento*, flu. regni Neapolitani, in prov. Principatus citer. oritur è monte Satriani, & juxta Buxentum mari Tyrrheno miscetur.

Buxentum, colo. & urbs Italiæ in Lucania, etiam Pixuntum seu Pyxus, nunc, est *Policastro*, urbec. regni Neapolitani, Episcop. in prov. Principatus citer. ferè diruta, ad ostia Buxenti fluvii in mare Tyrrhenum, & in ora sinus Lai, 18. mil. p. à Palinuro prom. in ort. 20. à Marsico novo in Merid.

Buxetana Ditio, *lo Stato di Bussetta* incolis, *l'Estat de Busset* Gallis, regiuncula Longobardiæ, & pars Ducatus Placentini, inter Padum ad Sept. quo dividitur à Cremonensi agro, & Ducat. Parmensem ad ort. & agrum Placentinum ad occas. & Meridiem, subest Duci Parmæ, juxta Longenam amn. 2. mil. à Pado flu. in Meridiem, 18. à Placentia in ort.

Buxina, *la Bussine*, flu. parvus Galliæ, oritur in Normannia prov. in Oceanum Britannicum se exonerat.

Buxium, *le Buyz*, oppidul. Galliæ in Delphinatu, in limite Provinciæ, ad amnem *le Louveze*, in tractu Baroniarum, in confinio Comit. Vindascini, 5. leucis à Vasione in ort.

Buxium, sive Buchsium, *Testa de Busch*, oppidul. Galliæ, in Aquit. propria, non longe ab ora litt. ad sinum Arcassonium, 7. leucis à Burdegala in occasum.

Buxtehuda, *Buxtehude*, urbec. in Ducatu Bremensi, quam Esta amnis secat 5 uno milliari Germ. ab Albi flu. tribus ab Hamburgo, est in limite Luneburgensis Ducatus, in ditione Svecorum.

Buxudis, sive Buxidis, nunc *Bossue*, castrum Belgii in Hannoniæ Comit. ad Hanam flu. prope fanum S. Ghisleni, 2. leucis à Montibus in occas. 5. à Binchio, Condatem versus tribus.

Buyl mancy. V. Raptum.

Buyrtang. V. Burtanga.

Buyrraga. V. Blitabrum. V. Litabrum.

le Buyz. V. Buxium.

Buzancæum, *Buzançois*, oppid. Galliæ, in prov. Bituricensi, ad Ingerem flu. in limite Turoniæ, 9. leucis ab Exoloduno in occasum.

Buzançois. V. Buzancæum.

Buzanich. V. Paurinus.

Buzas. V. Napuca.

Buzay. V. Buiejum.

Byblis, mons Cariæ, prope Miletum urb. Asiæ minoris.

Byblus, seu Biblus, fluvius Naxi ins. in mari Ægeo, *Item*, urbs Ægypti. *Item* urbs Syriæ in Phœnicia, aliis Byblos, *Gibleт* hodie, & *Zibellet*, urbs Syriæ Archiepiscop. in ora litt. ubi Adunis flu. nunc Canis dictus sub mœnibus in mare vadit, antiquitus Evea dicta, nunc cum Botry excisa jacet 10. mil. p. ab ipsa distans ad Merid. inter Tripolim ad Sept. 30. & Berytum in Meridiem 24. mil. p.

Byce. Vide Buges.

Bychovia, *Bychow*, oppid. Poloniæ in Lithuania, ad flu. Borysthenem, inter Mohiloviam & Rohaczoviam urbes.

Byczow. V. Bitovia. V. Butovium.

Bydena, urbs Mœsiæ sup. ad Danubium flu. nunc *Bidin*, sive *Bodon*, urbs Serviæ regni, Archiepiscop.

Bydini. V. *Budini*.

Byrchanis, ins. Vide Fabaria.

Byrpamerwalde. V. Albius.

Byrra, flu. parvus Galliæ Narbon. prope Narbonam, nunc vulgo *Bere*, ad villam Salsam labitur in stagnum figeanum, quatuor leucis à Narbona Perpinianum versus, prope montem Corbariam.

Byrsa, arx Carthaginis, in ora Africæ, *Almenara* aliis.

Byzacena, regio Africæ propriæ, in ora maris Mediter. al. Byzacium, inter Adrumetum ad Bor. & Tacaspen urb. & intimum recessum Syrtis minoris ad Austrum extensa, seu inter Tripolitanam ad Orientem, & Africam strictè sumptam, Numidiamque ad Occid. ubi nunc major pars regni Tunetani versus Meridiem, *partie du Royaume de Tunis*.

Byzecium, urbs in Byzaceno regno, fuit Archiepisc.

* *Vinc. Coronelli* ponit ejus fig. in Insul. p. 1.

Byzacenum Concilium sub Symmacho Papa, extat in tomo primo Conciliorum editorum (Paris. 1644.) pag. 368. *Aliud* sub Vigilio Papa, ibid. tom. 11. pag. 616. *Aliud* sub Gregorio Primo, ibidem tomo 14. pag. 350. *Aliud* sub Theodoro Primo, ibidem, pag. 656.

Byzantium. Vide Constantinopolis.

Byzeres, populi Asiæ, ad Pontum Euxinum, inter Cappadoces & Colchos Mosynœcis finitimi & Macronibus.

Byzia, urbs Thraciæ mediterr. olim Terei regia, nunc *Vize* dicta, ad fluv. cognom. in Romania reg. metropolis, cum prius esset Episcop. 50. m. p. ab Apris in Septentr. sub Turcis.

* *Franc. de Enzinas S. I.* Grammatica, & Confessionarium linguâ Byziagensi.

C

C*Abado*. V. Cadavo.

Cabaignac. V. Cabiumagum.

Cabalais, Solynorum regio, vulgo *Gabalia*.

Caballicus Ager, *le Chablais* incol. & Gallis, *il Chiablei* Ital. prov. parva Sabaudiæ (Ducatus) protensa ab ortu in occasum, inter lacum Lemanum ad Septentr. Vallesiam ad Orient. Fossiniacum Comit. ad Merid. & Genevensem agrum ad Occid. subest Duci Sabaudiæ.

* *Guichenont*, in histor. Sabaudiæ. *Sammartham*, in Gallia Christ.

Caballioum. Vide Cabillonum.

Caballinus fons, quem Poetæ ex ungula Pegasi, qua is Helliconem montem percussit, emersisse ajunt, unde & Pegaseus vocatur.

Cabanodurum, aliis Gavanodurum. Vide ibi.

Cabares, pop. à Chazaris orti, inhabitabant juxta Turcas & Patzinaces.

Cabassus, urbec. Armeniæ min. in Cataonia præfectura, Cybistri urbi finitima, in confinio Cappadociæ, nunc *Thebasse*, estque inter Tarsum & Mazacam.

Cabe. V. Chalybs.

Cabeças. V. Ugias.

Cabeças Rubias. V. ad Rubras.

Cabeçon. V. Congium.

Cabellio, seu Caballio, hodie *Cavaillon*, urbs Provinciæ, Episcop. in Comitatu Vindascino, sub Summo Pontifice, ad Druentiam flu. 4. leucis ab Avenione in ort. Aquas Sextias versus 8.

Cabes, Anthropophagorum gens Asiatica.

Cabezza del Griego. V. Segobriga.

Cabilonensis ager, *le Challonois*, tractus in Ducatu Burgundiæ, ab Arari flu. bifariam dividitur, terminatur ab ortu Comit. Burgundiæ, à Sept. Burgundia propria, ab occasu Augustodunensi tractu, à Merid. Matisconensi & Bressia.

Cabillonum, urbs Æduorum in Gallia



Celt.

Celt. five Cabilonum, *Challon*, fæpe *Challen fur Saone*, ad alterius differentiam, urbs in Ducatu Burgondiæ, Episcop. ad Ararim flu. 11. leucis a Mariscone in Sept. 22.a Lugduno, Divionem versus 16. & 11. ab Augustoduno in ort. versus confinia Comit. Burgundiæ 8.

* *Juliani Balleure*, historia de Episcopis, & Antiquitatibus Urbis Cabiloni.

M. Billesar, Commentaires aux Coutumes de Chalons. à Paris.1676. in 8.

Lud. Jacobi à S. Carolo, libri 3. de claris Scriptoribus Cabilonensibus, Paris. 1652. in 4.

Pierre Cusset, l'Illustre Orbandelle ou l'Histoire ancienne & moderne de la Ville & Cité de *Chalon sur Saone*, à Lyon.1662.in 4.vol.2. gallice.

Pierre de S. Julian, antiq. de Châlon.

Claudii Perrii S. I. Cabilonensis Urbis historia Civilis, & Ecclesiastica. Cabilone. 1659. in fol.

Hadrianus Valesius, de Urbe Cabilonensi in Notitia Galliæ.

Eos, qui de illustri Cabilonensium Principum familia scripserunt, Vide in Arausio.

Cabilonense Concilium primum sub Pelagio 2. extat in Editione Regia Conciliorum(Paris. 1644.) tomo 13. fol.52. *Item* sub Gregorio I. tomo 14. fol.350. *Item* sub Martino I. in tomo 15. fol. 289. *Item* 2. sub Leone III. tomo 20. fol.388. *Item* sub Gregorio IV.T.21. fol. 398. *Item* sub Jo: VIII. T.24.fol. 385. *Item* sub Stephano V. tomo 24. fol.570. *Item* sub Jo: X. tomo 25. fol.58.

Cabira, seu Cabyra, urbs fuit Asiæ min. in Lycia, in confinio Phrygiæ magnæ, media inter Laodiceam & Termessum, 75. mil. p. ab Apamea in Merid. nunc diruta.

Cabirolus mons, *le mont Cabirole*, unus ex Pyrenæis in Comit. Fuxensi.

Cabis. V. Sabis.

Cablanum Regnum, *le Royaume de Cablan*, regio Indiæ extra Gangem; ejus Urbs primaria ejusdem nominis est ad flu. Menanum, inter Avam urb. ad Sept. & Transanam ad Meridiem.

Cabliacum, *Chably*, oppid. Franciæ, in Senonensi agro, juxta flu. Seninum, inter Antissiodorum ad occas. & Tornodorum ad ortum.

Cabo. V. *Capo*.

el Cabo de Agatas. V. *Cabo de Gatet*.

el Cabo das Aguias. V. Acuum caput. *d'Alfaquer*. V. Tenebrium. *d'Aguer*. V. Atiauris. V. Usadium. *dos Arecifet*. V. promontorium Rupium. *Bicayo*. V. Caput Bicayum. *Blanco*. V. promontorium Album. V. Solocntia. *Bojador*. V. Solis mons. V. Bojadgrum. V. promontorium Circumdeon in Philippinis. *de Buena Speranza*. V. Frons Africæ. V. Bonæ Spei caput. *de Bueno Desee*. V. promontorium boni desiderii. *de Caller*. V. Calaritanum promontorium. *Calissin*. V. Dete. V. Dire. *de Canameira*. V. Canameira. *de Carbonero*. V. Charidemum. *Carlos*. V. promontorium Carolinum. *de Castnis*. V. magnum promontorium. V. Olyssiponense. *de Cali*. V. Ocelis. V. Acila. *de Colle*. V. Colaicum. *de Coquiboco*. V. promontorium Coquibocum. *des Corientes*. V. Caput Currentium. V. Pcassum promontorium. *de Cotoche*. V. promontorium Cotochium. *de Creuz*. V. Aphrodisium. V. Pyrenæa Venus. V. Veneris fanum. *Crio*. V. Canistræum. V. Crin Metozon. *Cruz*. V. promontorium Crucis. *Delgado*. V. Raptum promontorium. *de Dona Maria*. V. promontorium Dominæ Mariæ. *Desseado*. V. promontorium Desideratum. *de lo Engaño*. V. promontorium fraudis. *Esparto*. V. Capo Spartelle. *de Espichel*. V. Barbarium promontorium. *de lo Espiritu Santo*. V. promontorium Spiritus Sancti. *Falço*. V. promontorium falsum. *de Finisterra*. V. Caput finis terræ. V. Arrabrum promontorium. *de Florida*. V. Caput Floridæ. *Formoso*. V. Caput Formosum. *Torbas*. V. Tenebrium. *Frio*. V. promontorium frigidum. V. Frigidum Caput. *de Gaser*. V. Charidemum. *della Gomera*. V. Phoebi promontorium. *Guadavari*. V. promontorium Guadavarium. *de Guardafui*. V. Aromata. *de Gues*. V. promontorium Getum. *de Honduras*. V. promontorium Honduræ. *Jasquete*. V. Armozum. *de Infante*. V. promontorium Infantis. *de Logudoro*. V. Caput loci aurei. *de Lopo Gonsalvo* V. Caput Lupi Gundisalvi. *Mashafuce*. V. promontorium Machasacum. *Martin*. V. Ferraja. V. Dianium. V. Artemisium. *de la Maza*. V. Heraeum. *Mendocino*. V. promontorium Mendocinum. *de Mangia*. V. Aræ Solis. V. Aræ Sestianæ. *de Monte*. V. promontorium Montis. *de Monte Delii*. V. Caput Montis Delii. *de Monte*. V. promontorium Montis. *de Nam*. V. Caput Non. *de Natal*. V. promontorium Natalis. *Negro*. V. Caput nigrum. *de Non*. V. Caumetia. V. Caput Non. *de One*. V. Magnum promontorium. *di Ortiguera*. V. Lepana. V. Cori. V. Tenetucum. *de Palmar*. V. Promontorium Panoanini. *de Palmas*. V. Deorum Currus. *das Palmeiras*. V. promontorium Palmarum. V. caput Palmarum. *de Palos*. V. Scombraria. V. Promontorium Saturni. *de Pasientia*. V. Promontorium Patientiæ. *de Peñas*. V. Laparia. *de Riogrande*. V. promontorium Ryssadium. *de la Rocca*. V. Lunæ promontorium. V. Magenum. *Rebel*. V. *Cabo Calissin*. *de Sacer*. V. Sardicitanum caput. V. caput lociaurei. *de Sachalat*. V. Syagros. *de Salinas*. V. promontorium Salinarum. *de sant' Agostino*. V. Caput S. Augustini. *de Sant' Antonio*. V. promontorium S. Antonii. *de San Bras*. V. Promontorium S. Blasii. *de Santa Catarine*. V. Caput S. Catharinæ. *de Santa Cruz*. V. Caput S. Crucis. *de San Francesco*. V. Promontorium S. Francisci. *de San Georgio*. V. promontorium S. Georgii. *de San Vicent*. V. Sacrum promontorium. *de Sintra*. V. Lunæ mons. *Sparselle*. V. Cotes. V. Cottes. V. Ampelusia. *de Spichel*. V. Barbarium promontorium. *Tacharigo*. V. promontorium Tacharigum. *de Tosa*. V. Lunarium. *Tourintham*. V. Arrabrum. *de tres Forcas*. V. Metagonium. V. Metagonites. V. caput trium Furcatum. *de tres Puntas*. V. promontorium trium Cuspidum. *das Vaccas*. V. promontorium Vaccarum. *de Vallis*. V. *Cabo de Figel*. *Verde*. V. Hesperium cornu. Frons Africæ. V. Arsinarium. V. Caput viride. *de las Vergines*. V. Caput Virginum. *de Viana*. V. Avarum. *de la Victoria*. V. Caput Victoriæ.

Cabra. V. Ægabra. V. Agabra. V. Bebro. V. Calucula.

Cabrella. V. Carraleucos.

Cabrera. V. Capraria.

Cabrilla. V. Vergilia.

Cabucoma. V. Meacum.

Cabul. V. Arachosia. V. Cabulum. V. Alexandria.

Cabulistan. V. Cabulum regnum.

Cabulum, *Cabul*, urbs Indiæ intra Gangem, in Imperio magni Mogolis, ad flu. *Cow* dictum.

Cabulum Regnum, *Cabulistan* indigenis, *le Royaume de Cabul* Gal. pars Indiæ propriæ, in imperio magni Mogolis, in ejus parte Boreali, versus fontes Indi flu. terminatur à Sept. regno Thibeti, ab ortu & Meridie Attochio regno, ab occasu Balchia regione.

Cabura, fons Mesopotamiæ odorifer, ☞ quod ejus aquâ Juno perfusa sit, ex Plin. lib.3. cap.3.

Cabusce. V. Choatras.

Cabyla, tractus Thraciæ al. Cavyla, & Calybe, cum urbe parva cognom. in Coenica prov. 30. mil. p. ab ora Ponti Euxini & à Salmidesso in occasum Hadrianopolim versus 65. aliis *Sicibab*.

Cacagioni. V. Charax.

Caçalla. V. Cazalla. V. Laconimurgi.

Caçar corona. V. Usilla.

Cacari. V. Heracleum.

Cacaria. V. Achillea.

Caceræ, *Caceres*, oppid. in Extremaduræ prov. ad *Salor* fluv. 8. leucis à Turri Julia.

Caceræ, *Caseres*, & *Caceres de Camarines*, urbs Asiæ, in parte merid. Luzoniæ ins. Episcopalis, in ora litt. sub Hispanis, aliis Cacerensis civitas.

Caceres. V. Castra Cæcilia. V. Geræa. V. Segeda. V. Caceræ.

Caseres de Camarinas. V. Caceræ.

Cachanum, *Cachan*, urbs Persiæ, in provincia *Erath*, 22. leucis ab Aspahano Comum versus.

Cacharum Regnum, *le Royaume de Kakares*, prov. Indiæ propriæ & intra Gangem, in Imperio magni Mogolis, ad Boream porrecta; versus Thibetum regnum ad arctos, Casimerum regnum ad occas. & Banchiscum Naugracutumque regna ad Meridiem, versus Gangis fontes.

Cacheum, *Cachien* seu *Sierra Lioun*, oppidulum Africæ, in ora litt. Guineæ versus prom. Leænæ.

Cachien. V. Cacheum.

Cachino. V. Hephestias.

Cachiscalla. V. Cadiscus.

Cachomas Royaume. V. Cacomæum regnum.

Cachu-cyna. V. Corhinchina.

Casia. V. Talabriga.

Casoberto. V. Chino.

Cacomæum Regnum, *le Royaume de Chacomas*, regio Indiæ extra Gangem proprio regi parens, versus Cosmiium flu. in confinio regni Bengalæ.

Caçorla. V. Catoca.

Cacus, melius Caunus Mons. Vide ibi.

Cacyparis, Siciliæ fluvius.

Cacy-

Catyron, nunc *Caffaro*, castrum in Valle Netina (Principatus) 8. mil. ab ora maris Jonii, & à Syracosis in occas. hyb. inter Leontinos ad Sept. & Neetum ad Merid. ad amnem *Jafibli* dictum.

Cadacherium, *Cadachers* antea, nunc *Cadaquez* incolis, *Cap de Quers* Gal. oppid. in Catalonia, & in ora litt. Mediter. prope Rhodas, dicitur etiam Caput aquarum.

Cadamum, *Cadau*, oppid. Bohemiæ in circulo Zateccensi, ad Egram flu. 2. mil. Germ. a Zatecio in occas. 8. à Letomeririo, Egram versus 9.

Cadan. V. Cadamum.

Cadaques. V. Cadacherium.

Cadavus, *el Cavado*. Vide Celandus.

Cadburz. V. Domaliza.

la Cadèe. V. Casæ Dei fœdus. V. Fœdus Cathedrale.

Cadenacum, *Cadenac*, oppidul. Galliæ, in Cadurcensi prov. ad Oldam flu. in limite Ruthenensis prov. una leuca à Figeaco, & 9. à Cadurco in ort. diciturque etiam Capdenacum.

Cadi, urbs Phrygiæ minoris.

Cadice. V. Gades.

Cadillacum, *Cadillac*, oppid. in Aquitania & Burdegalensi agro, juxta flu. Garumnam 4. leucis supra Burdegalam, totidem à Vasato.

Cadima. V. Castina.

Cadis, V. Gades.

Cadiscus, nunc *il Capo Buso*, prom. Boreale in agro Cydoniæ, 70. mil. p. à Malea prom. recedens in Merid. aliis est mons *Cachiscalla* in ejus viciniis.

Cadisia, urbs Iracæ regionis.

Cadiz. V. Gades.

Cadmus, mons Lydiæ ad Laodiceam urbem.

Cadomum, nunc *Caen*, urbs Normanniæ infer. ad Olinam flu. 4. leucis ab ora Oceani Britannici, 28. à Rothomago in occas. & 10. à Lexovio, Bajocas versus 6.

* *Jacobi Cahagnesii*, centuria elogiorum clarorum Civium Cadomensium. Cadomi, 1609. in 4.

Hadr. Valles, in not. Galliæ.

Anonymi, les Origines de la Ville de Caen. Rothom. 1702. in 8.

Cadorinus Ager, *il Cadorino*, melius Cadubrium. Vide ibi.

le Cadoriu. V. Cadubrium.

il Cadorino. V. Cadubrium.

Cadra. V. Hydia.

Cadrema, urbs Lyciæ, Ubiorum colonia.

Cadubrium, *il Cadorino*, sive *il Cadorese* incolis, *le Cadoriu* Gallis, tractus in Ducatu Fori Julii, terminatur à Sept. & Occid. Comit. Tirolis, à Meridie Bellunensi agro, & Carnea parte Fori Julii, ab Oriente eadem Carnea, subest Reipublicæ Venetæ, & ejus circuitus est 75. mil.

* *Cadorinus ager*, *il Cadorino*, mappa per Jo: Blaeu, & Jo: Jans. Amstel. fol. dim. reg.

Cadurcensis Tractus, *le Quercy*, prov. Aquitaniæ, & in Guienna reg. inter Lemovicensem prov. ad Sept. Alverniam & Ruthenensem prov. ad ort. Occitaniam ad Merid. & Aginnensem, Petrocoriensemque prov. ad occasum.

Cadurci, pop. Galliæ Aquit. inter Lemovices, Alvernos, Ruthenos, Petrocorios, Nitiobriges, & Volcas Tectosages, ubi hodie Cadurcensis prov.

Cadurcum, *Caors*, urbs Aquitaniæ, olim Divona Cadurcorum, in modum peninsulæ cincta ab Olda flu. Episcop. 9. leucis à Monte-Albano in Sept. Sarlatum versus paulo minus, & 12. ab Aginno in ort. æstivum.

* *Guil. de la Croix*, Cadurcensium Episcoporum series, & acta. Cadurci, 1617. in fol.

Hadr. Vales. in not. Galliæ.

Quercum, olim Cadurcum, Tabula ap. Jo: Blaeu. Amstel. in fol.

Cadusii, populi circa Mare Caspium.

Cæa, *la Cea*, flu. Hispaniæ in regno Legionis, oritur versus confinia Asturiæ S. Julianæ, 6. leucis supra opp. Cæam & in Carrionem se exonerat.

Cæa, Vide Cea.

Cæa, & Cea, *Cea*, oppidul. Hisp. in regno Legionensi, ad flu. cognom. 5. leucis à Fano S. Facundi in Sept. 11. à Palentia, versus confinia Asturiæ, Ducatus est.

Cæcinum. Vide Cecinum.

Cæcius, mons Pannoniæ. Vide Cetius.

Cæcubum, & Cæcubus, mons & locus Latii, in Campaniæ confinio ad sinum Cajetanum, ad Fundos urbem, Amyclis vicinus.

Cælanum, *Celano*, oppid. in Aprutio ulter. (Comitatus) in ora lacus Fucini, 12. mil. ab Aquila civit. 25. à confinio ditionis Pontificiæ.

Cælianum, nunc *Cigliano* seu *Ciriglia-no*, castrum regni Neapolitani in Basilicata prov. 24. mil. p. à sinu Tarentino in occas. atque ab Heracleæ ruderibus, & 13. à Tricarico in Meridiem.

Cælina. Vide Celina

Cælimons, & Celius mons, hodie *Kelmunz*, oppidul. Sveviæ, ad Ilarum flu. 3. mil. Germ. infra Memmingam in Bor. Ulmam versus 5. & 9. ab Augusta in occas. inter Guntium ad Sept. & Campodunum ad Meridiem.

Cælium, nunc *Ceiça*, vicus in Extremadura prov. 2. leucis à Tomario in occas. Colippouem seu Leiriam versus.

Cælium, nunc *Ceglie* seu *Ceglio*, castrum in prov. Hydruntina, inter Brundusium ad ort. & Tarentum ad occas. 18. mil. p. & 6. ab Hostunio in Meridiem, 8. à mari Adriatico.

Cælius mons, melius Cœlius mons. Vide ibi.

Cælum Aureum, suburbium olim Ticini, nunc intra urbis mœnia.

Cæne, ins. maris Attici, prope Melitam & Gaulum.

Cæne, Peloponnesi oppid. in ora sinus Laconici, hodie *Camares*, al. *Cenopoli*, etiam Cœne & Cænopolis, inter Teuthronam ad Bor. & Tænarium ad Austr. 10. mil. p. utrinque sub Turcarum imp.

Cæneum. Vide Cenæum.

Cænica, prov. Thraciæ cis Rhodopen.

Cænis, hodie *il Capo di Pozzolo*, prom. Calabriæ ulter. prope Cænidem opp. & ad ostia Cænidis amnis, in ora freti Siculi, 8. mil. à Rhegio in Sept. Scyllæum versus, aliis est *il Capo Cavallo*, prom. ejusdem prov. in ora freti Siculi, in quo specula *la Torre Cavallo* dicta.

Cænis, oppid. nunc castrum regni Neapolitani, *la Fiumara di Muro*, in Calabria ulter. ad amnem cognom. seu Crarum, 3. mil. ab ora freti Siculi, & 8. à Rhegio in Sept. Scylleum versus 5.

Cænophrurium, pagus Thraciæ ad Propontidem, nunc *Drepali*, 40. mil. p. à Byzantio in occas. medius inter Selymbriam ad ortum æstivum & Heracleam ad occas. hybernum.

Cænopolis, Vide Tænarus.

Cænos Gallicanos, pagus Bithyniæ, qui & Gallica, à Dabli 18. mil. p. & 60. ultra Nicæam in ortum.

Cænus, nunc *l'Arc*, flu. Provinciæ, aliis est fluvius ejusdem prov. qui prope Massiliam mari Mediter. jungitur.

het Caep Farwel. V. promontorium Vale.

het Caep von Goerée. V. Caput Napum.

Cære, seu Cære vetus, & Cærete, nunc *Cerveteré*, castrum ditionis Ecclesiæ, in prov. patrimonii S. Petri, sub dominio utili Ducis Bracciani, prope Vacinam amnem, ferè inter Alsium & Pyrgos, 3. mil. à mari Mediter. in Septentr. Braccianum versus 8. & 25. à Roma in occasum Centumcellas versus.

Cæresi, pop. Gal. Belg. qui etiam Ceresi, Trevirorum pars fuere, ubi hodie pars australis Ducatus Luxemburgensis inter Mosam & Musellam, per alios fuere sub Eburonibus, uti nunc castrum *Cerey*, 3. leuca Leodio.

Cæretanorum emporium, Cæris aliquibus, nunc *S. Severa*, vicus ditionis Ecclesiæ in prov. patrimonii D. Petri, cum Turri in ora maris Tyrrheni, 5. mil. p. à Cære in occas; 27. à Roma Centumcellas versus.

Cæretanus, flu. parvus Hetruriæ, qui & Cæres, nunc *Eri*, in prov. Patrimonii, ditionis Ecclesiæ, oritur ex Sylva Mantiana supra Braccenum, & in mare Tyrrhenum se exonerat, inter Cære & Centumcellas.

Cæretum, Vide Ceratæ.

Cærmandinum, Comitatus Angliæ.

Cærnarvon, vulgò *Carnarvon Shire*, Comitatus Cærnavoniensis; extat ejus *mappa* per Jo: Blaeu f. reg.

Cærperis, nunc *Portchester*, vicus Hamptoniæ Comit. in Anglia, in ora litt. maris Britannici prope Portus ostium, à quo 3. mil. distat in Bor. uti 12. à Southamptonia in ortum.

Cæruleus Fons, qui & aquæ Claudiæ, est prope urbem Romam.

Cæsaraugusta, & Cæsarea Augusta, prius Salduba, nunc *Caragoça* & *Zaragoça* incolis, *Saragose* Gal. *Saragoza* Ital. & *Saragosa d'Aragona* Siculis, urbs Archiepiscopalis Hispaniæ, regni Aragoniæ caput, ad Iberum flu. ubi recipit Guervam & Gallæcum amnes, 12. leucis Hisp. à Bilbili in ortum, Barbastrum versus, à Valentia 42. in Bor. Pompelonem versus 26. à Barcinone verò 48. in occas. æstiv. ut 22. ab Ilerda, Burgos versus 45.

* *Dominici de Abengochea ord. Eremit. S. Aug.* Panegyricus Civitatis Cæsaraugustanæ. Cæsaraug. 1619. in 4.

Matthiæ de Aguirre del Pozo, Navidad de Çaragoça repartida en quatro noches. Cæsaraug. 1634. in 4.

Jos de Arruego, Catedra Episcopal de Çaragoça en el templo de San Salvador desde la primitiva Iglesia y en el principio de su fundacion.

Cæsaraug. 1650. in fol.

Ant. Augustini, Epistola ad Hieronymum Blancam, de Cæsaraugustanæ Patriæ communis Episcopis, & Conciliis; extar cum Fastis rerum Aragonensium Blancæ.

Jo: Blaeu, Archi-Episcopatus Cæsaraugustanus, Arcobispado de çaragoça, tab. geogr. Amstelod.

Antonii Barberam, historia Ecclesiastica de çaragoça. M. SS.

Martini Carillo, Historia del glorioso San Valero Obispo de çaragoça, con los Martyrios de S. Vicente, Santa Engracia, S. Lamberto y los innumerables Martyres naturelles y Protectores de la misma Ciudad. Cæsaraug. 1615. in 4.

Ejusd. Catalogus Archi-Episcoporum Cæsaraugustanæ Ecclesiæ. Calari. Sardiniæ. 1611. in 4.

Jo: Jansonii, Archiepiscopatus Cæsaraugustæ, olim Cæsaria Augusti, tabula Geograph.

Loaisa exhibet Concilia Cæsaraugustana in ejus Colectione Conciliorum Hispaniæ.

Lud. Lopez, Trofeos y antigaedades de la Imperial Ciudad de çaragoça. Compluti 1649.

Michaelis Martinez de Villar, Epigrammata Cæsaraugustani templi Mariæ Majoris ad Columnam, item de innata fidelitate Cæsaraugustana Regni Aragonum. Palmæ Balearium 1609. in 4. *Ejusd.* Sententia pro Ecclesia S.Mariæ Pilaris Cæsaraugustana, ibidem.

Mart. Monter de Cueva, propugnaculum pro gymnasio Urbis Oscensis contra Cæsaraugustanam Scholam. Oscæ. 1583. in fol.

Didaci Murillo ord. min. regular. observ. historia de excellentia Urbis Cæsaraugustanæ, hispanicè. Barcinone. 1616. in fol.

Jo: Gasparis Ortigas, Patrocinium pro inclito, ac potentissimo Cæsaraugustano Gymnasio, adversus Contradictiones Academiæ Oscensis, propugnaculumq; Oscensia Scholæ. Cæsaraug. 1586. in 4.

Thomæ Porcol, Informacion y curacion de la Peste de çaragoça. Cæsaraug. 1561. in 4.

Mich. Ant. Francez de Urrutigoyti, de unica, & perenni Cathedralitate Cæsaraugustana in Ecclesia S. Salvatoris. Lugd. 1669. in fol.

Anonymi, Cæsaraugustani Archiepiscopatus Constitutiones, Jo. de Aragonia, Alphonsi de Aragonia, Federici a Portugallia, & Ferdinandi de Aragonia, earumdemq; Epilogus.

Discurso historico y Juridico sobre la instauracion de la Santa Iglesia Cæsaraugustana con el Templo maximo de S. Salvador &c. prohib.

Cæsaraugustanum Concilium, I. sub Damaso I. anno 381. extat in editione Regia Concil. (Paris. 1644.) in tomo 3. fol. 413.

Item II. sub Gregorio I. tomo 14. fol. 332. *Item* III. sub Sergio I. anno 691. tomo 17. fol. 108.

Vide qui de Aragonia.

Cæsarea, hodie *Jersey* Gallis, *Jersey* Anglis, ins. alias Ducatus Normanniæ pars, & Constantiensis tractus, nunc vero Southamptoniæ prov. annexa, à cujus ora vix 5. leucis distat in occas. Garnesejam versus totidem, & 30. a litt. Angliæ in Merid.

Cæsarea Archelais. Vide Archelais.

Cæsarea, Bithyniæ urbs, Episcopalis.

Cæsarea Bojorum, nunc *Kosching*, vicus in Bavariæ Ducatu, prope Danubium fluv. & Ingolstadium urb.

Cæsarea penes Anazarbum, ab aliis Anazarbus. Vide ibi.

Cæsarea Lutra, Vide Cæsaro-Lutra.

Cæsarea, nunc est *Thata* incolis, *Dotes* Germ. oppid. Hungariæ infer. 2. mil. Germ. distans à Crustumerio in Merid. Albam regalem versus 8. circiter, aliis est *Eschneck* castrum intra montes, & inter Komoram ad Sept. & Albam regalem ad Meridiem.

Cæsarea, quæ & Mazaca prius, urbs Cappadociæ, nunc *Caisar* & *Tisaria*, Archiepiscopalis, ad Melam fluv. 70. mil. p. a Sebastia in Merid. totidem à Tyana, & 150. à Melitene urbe & Euphrate flu. in occas. versus confinia Armeniæ min. nunc obscurior sub Turcarum.

Cæsarea Ponti. Vide Neocæsarea.

Cæsarea, urbs fuit Mauritaniæ Cæsariensis, hodie *Capo Figalo*, estque in ora litt. maris Mediter.

Cæsarea, sub Urbium Ravennæ, Urbis, nunc. *Santa Maria in Portico.*

Cæsarea Julia. Vide Julia Cæsarea.

Cæsarea Palæstinæ, quæ & Pyrgos seu Turris Stratonis, hodie *Caisar*, urbs Terræ Sanctæ, Archiepiscop. in Samaria reg. & in ora maris Syriaci, 30. mil. p. à Ptolemaide in Merid. Joppen versus 36. distans & 45. ab Hierosolymia Septentrionem versus.

* *Joseph Hebræus*, de ea, & ejus magnificentia prolixè, in antiq. Hebr. lib. 4. cap. 9. lib. 15. cap. 13.

Cæsarea Philippi, urbs Palæstinæ, prima Dan, aliis Laisa, Cæsarea Paniæ, & Panias dicta, hodie *Belina*, in Galilæa ad ortum Jordanis fluvii, in finibus Cœlesyriæ, olim Episcopalis nunc excisa, & ante ipsius portas confluunt fluvioli Jor, & Dan, qui sic fluvium Jordanem efficiunt, inter Tyrum ad occas. 40. mil. p. & Damascum ad ort. paulò minus, ab Hierosolyma vero 110. in Septentrionem.

Cæsareopolis, *Kesmarckt*, seu *Keyserfmarckt*, oppid. Hungariæ sup. in Comitatu Cepusiensi, juxta Carpathum montem, 2. mil. à Leutscha, & 8. ab Epperia in occasum.

Cæsariana, urbs Hisp. Bæt. nunc *Xeres de la Frontera* incolis, *Querez de la Frontiere* Gal. urbs Vandalitiæ, in ora litt. Oceani, & sinus Gaditani, prope ostia Lethes fluv. 15. leucis ab Hispali in Merid. Gades versus 6. & 9. a Mnesthei portu.



Cæsa-

Cæsaris Burgus, quod sæpius dicitur Caroburgus. Vidi ibi.

Cæsaris Dictatoris Villa, thermæ in Campania, ad sinum Cumanum, *i Bagni di Salviati*.

Cæsaria insula, *Keysersweert*, oppid. Germaniæ ad Rhenum fluv. in ditione Electoris Coloniensis: dicitur ab aliis ins. S. Cuniberti, in ins. Rheni, in ipso confinio Ducatus Montensis, 6. mill. Germ. infra Coloniam in Bor. Vesaliam versus 5. in infer. Diœcesi Coloniensi.

Cæsaris mons, *Kaisersberg*, urbecula in Alsatia super. sub Rege Franciæ, in valle, prope amnem Album *Weiss*, & 3. mill. German. a Bisacoin occasum æstiv. Nanceium versus.

Cæsarodunum. Vide Turones.

Cæsaro Lutra, sive Lutra Cæsaris, *Keisers Lautern* incolis, *Caselautre* Gallis, urbs parva in Vasgovia tractu, & in Palatinatu Rheni, ad amn. *Lauter*, Electori Palatino nunc subest, 2. mill. Germ. ab arce *Landstul*, 6. à Spira in occas. & paulò plus à Vormacia.


Cæsaromagos, urbs Gal. belg. V. Bellovacū.

Cæsaromagus, urbs Trinobantum in Britannia magna, nunc ejus rudera visuntur juxta *Brentwood* oppidul. Angliæ, in Essexia Comit. & in ejus parte australi, 18. m. p. à Londino, in ort. æstiv. Camalodunum versus.

Cæsaropolis, urbs fuit Macedoniæ Episcopalis.

Cæsarotium. Vide Cæsortium.

Cæsæna, & Cæsena, urbs Senonum in Gallia Cispadana, aliis Cesena, *Cesena* etiam vulgò, urbs Italiæ in Romandiola prov. Episcop. sub Archiep. Ravennate, ad Sapim fluv. cum



ne, estque inter Ariminum ad ortum 20. m. p. & Faventiam ad occas. 23. a Sarsina in septentr. 10. & totidem à confinio Magni Ducis Hetruriæ.

* *Casp. Brisii*, Cæsenæ urbis descriptio.

Scipionis Claramontii, Cæsenæ urbis historia ab initio ad 1641. Cæsenæ. 1641. in 4.

Antonius Possevinus ponit catalogum Codicum M. S. S. qui Cesenæ apud Franciscanos extant, in calce sui Apparatus Sacri.

Franc. Scotus eam describit, & ponit ejus figur. in Itiner. Italiæ, p. 1.

Ferd. Ughellus, de ea, & ejus Episcopis in Ital. Sac. T. 2.

Jac. Villanii, Rubicon Ariminensis in Cæsenam Claromontii, proh. in Indice Rom.

Anonymi, Cesenæ statuta. Cesenæ. in fol.

Cæseruerus, *Caradoc* olim, hodie vulgò *Sasbury*, Angliæ urbs.

Cæsia Sylva, nunc *Heserwalds* in Ducatu Clivensi, in limite Monasteriensis ditionis, inter Vesaliam & Coesfeldiam.

Cæsortium, sive Cæsarotium, posterioribus Gisorium, *Gisors* vulgò, oppid. in Normannia, ad Eptam fluv. 3. leucis a confinio agri Bellovacensis (Comitatus) 14. leucis a Lutetia Parisiorum in occas. æstiv. Rothomagum versus totidem, 7. a Medunta in Septentr. 6. a Bellovaco in occas. hyb.

Cætobrix. Vide Cetobrica.

Caemps. V. Kaemps.

Caen. V. Cadomus. V. Cadomum.

Caer badon. V. Aquæ Solis. V. Barhonia.

Caer Cory. V. Corinium.

Caer frock. V. Eboracum.

Caer glowy. V. Clevum.

Caer Grant. V. Durovernum.

Caer Guidi. V. Victoria.

Caer Gwent. V. Vintonia. V. Venta Belgarum.

Caer bean. V. Canovium.

Caer-laverock. V. Carbantorigum.

Caer-Leon. V. Civitas Legionum. V. Deva. V. Devana. V. Isca Silurum. V. Deunana. V. Divana. V. Cæstria. V. Legio XX. victrix.

Caerleyshire-quasi. V. Carleoli Comitatus, V. Cumbria.

Caer Lud. V. Londinum.

Caerludcoyd. V. Lindum. V. Lincolnia.

Caermarden schire. V Maridunensis Comitatus.

Caer Marden. V. Maridunum.

Caernavan. V. Arvonia.

Caernarvanshire. V. Arvonia.

Caer-Peri. V. Carperis.

Caer-Snysk. V. Isca. V. Exonia.

Caer Vortigern. V. Oxonium.

Caer Urangon. V. Branovium. V. Vigornia.

Caer Went. V. Venta Silurum.

Cafeonianum, castrum Hetruriæ, nunc *Curfigliano*, ad Auseris flum. ortum à Luca 26. m. p. in Septentr. ab Apua oppid. supra 20. in ortum, in ditione Lucensi.

Cafeoniana. Vide Carfetoana & Garfiniana.

Caffa, sive Capha, *Caffa*, urbs Tartariæ minor. in Tauricæ Chersoneso, sub Turc. in ora Ponti Euxini, quanquam in Tartaria minor.

Caffa. V. Theodosia.

Caffen. V. Jomnium.

Caffensis Præfectura, *le Beglerbeglic de Caffa*,

Caffa, pars Tartariæ Precopensis, sub Turcis.

Cafferis, *le pais des Cafres*, sive *la Cafrerie* Gallis, *á costa dos Cafres* Lusit. *Kafraire*, & *Lanas der Kaffers* Anglis, & Belgis, regio Africæ magis ad Merid. extensa, in Æthiopia infer. terminatur à Septentr. Regnis Monemugi, Angolæ, & Benguelæ, atque Zanguebaria reg. sed ab Oriente, Meridie, & Occidente cingitur Oceano Æthiopico.



Cafreriæ regionis Incolæ.

Les Cafres. V. Cafri.

Cafri, *Hottentots* sibi, *les Cafres* Gallis, *as Cafres* Lusitanis, *Kaffers* Anglis & Belgis, populi Africæ merid. juxta oram littor. Oceani, quorum regio Cafreria vocatur.

Cagaianum, *Cagaian*, urbs in Cebu insula.

Cagiali. V. Aelgialos.

Cagle. V. Cale. V. Calle. V. Callum.

Cagliari. V. Caralis. V. Carallis. V. Calaris.

Caglier. V. Calaris.

Caguaium. Vide Portus Regius.

Cagunia. V. Gracuris.

Caherle. V. Caprulæ.

Cahors. V. Cadurcum. V. Doveona. V. Divona. V, *Caors*.

Cai royaume. V. Caium regnum.

Caia. V. *Gaja*.

Caiana. Vide Cayana.

Caianeburgum, *Caianeburg*, oppidum Sueciæ, in Fionia, & in Caiania prov. in mediterr. versus Lappiam, & prope Ulam lacum.

Caianello. V. Callicula.

Caiania, *Cayania*, prov. regni Sueciæ, sepius Bothnia orient. dicta extenditurque inter sinum Bothnicum ad occas. Lapponiam. Finnoniamque.

Caiaffa. V. Astrata.

Caiaxia. Vide Calatia, quod est melius.

Caiazzo. V. Calatia.

Caibo. V. Crocodilus.

Caibures. V. Tanarum.

Caica, *Caicos*, ins. Americæ sept. una ex Lucaiis.

Caiei. Vide Cayei, & Cauchi.

Caicol. Vide Cæpotes. Vide Abba. Vide Abus.

Caicos. V. Caica.

Caicus, fluv. Æolidis in Asia minori, qui & Caycus, olim Astræus, nunc *Girmasti*, & *Castri*, & *Chlai* aliis dictus, oritur in Mysia, & inter Pitanen ad Septentr. & Elæam ad Merid. in mare Ægeum se exonerat.

Caieta, nunc *Gaeta* incolis *Gaiette* Gallis, urbs in prov. Terræ Laboris, in peninsula, in ora maris Tyrrheni, Episcopalis, proxima Formiis, ad



Caietæ Mulier Nobilis ex Titians.



4. m. p. à Neapoli 55. Romam versus, & 14. à confinio ditionis Pontificiæ in ortum.

* *Lælius Bisciola*, Caietæ nomen unde? In hor. subsc. tomo 2. lib. 1. cap. 15.

Scipio Mazella in descript. regni Neapol.

Jo: Bapt. Pacichellus, in Itinerario Europæ, Italicè, parte 4. pag. 1.

Franciscus Scotus describit, & exhibet ejus figuram, in suo Itinerario Italiæ, parte 3.

Summonsa in hist. Neap.

Ferdinandus Ughellus de ejus Episc. in Italia sacra, tomo 1.

Albertus, *Guicciardus*, *Paulus Jovius*, *Mezeray*, &c.

Caifunga, *Caifung*, urbs Imperii Sinarum in Honaoia regione, juxta Croceum fluv.

Caimana, *Caiman*. Vide Crocodilorum insula.

Caino, seu Chinonium, *Chinon*, Turonensis prov. ad Vigennam fluvium, versus Pictaviense agrum. 7. leucis à Salmuro in ortum, & 5. à Loduno in Septentr.

Caio; & *Moncaio*. V. Cacus, V. Caunus.

Caipha, *Caifa*, oppid. Terræ Sanctæ, in ora Mediter. est Porphiria veterum, nunc in vicum redactum, prope fluvium Mocacam dictum.

Cairasco. V. Carrea. V. Clarascum.

Cair molei. V. Camaletum.


il Cairo. V. Babylon. V. Cairus. V. Canalicum.

Cairoan. V. Cyrene. V. Cairoanum. V. Thysdrus.

Cairoanum, *Cairoan*. Vide Cyrene.

Cairoanum, *Cairoan*. Vide Thisdrus.

Cairus, *le Caire* Gallis, *Alcairo* & *Caira* Italis, urbs Ægypti, prope dexteram Nili fluv. ripam, à qua uno mill.



sub Turcis, distat 80. mill. ab ora maris Mediterr. in Austr. 120. ab Alexandria, & tribus infra ipsam parasangis scinditur Nilus in duos Ramos majores.

* *Leo Africanus* de ea, lib. 8.

Jac. Gollius in notis ad Alferganum.

Marmol, lib. 11. cap. 24. & 25.

Texeiras, lib. primo.

Petrus de la Valla in Itiner. tom. 1.

Domin. de Villamont in Itiner. lib. 3.

Caifa. V. Caypha. V. Porphyneum.

Caifar. V. Mazaca V. Cæsarea Palestinæ. V. Cæsarea magna.

Caitachi. V. Atæ Sabeæ.

Caium Regnum, *le Royaume de Cai*, pars Japoniæ in Quantoa regione Niphoniæ in mediterr. inter Conzucum regnum ad Septentrionem, & Surungam ad Merid. cum oppidum cognomine.

Caki Scala. V. Sciron.

Calaa. V. Urbana.

Cala, *Chelles*, vicus Galliæ, cum Abbatia celebri monialium, in provincia Insulæ Franciæ, prope Matronam fluvium, & Gornacum oppidul. 4. leucis à Lutetia in ortum Latiniacum versus, à S. Clotide Reginâ Clodovei Magni uxore constructa, & à S. Bathilde Regina Galliæ amplificata anno 662. ubi olim pars Lauchoniæ sylvæ. Fuit olim villa regia, in qua obiere Reges Francorum Clodoveus II. anno 662. & Clotarius III. anno 679.

Calabria, *la Calabria* Italis, *la Calavria* incolis, *la Calabre* Gallis *Kalabria* Græc. prov. ampla regni Neapolitani, maximè in Austr. extensa versus Siciliam, ubi olim Brutii in magna Græcia (Ducatus) terminatur à Septentr. Basilicata prov. ab Oriente mari Ionio, ab Occid. Tyrrheno, à Merid. Siculo. Calabria propria, seu strictè sumpta duplex est, citerior & ulterior.

Calabria citerior, *la Calabria Citra* vulgo, pars est Calabriæ magis ad Boream protensa.

Calabria ulterior, *la Calabria Oltra* vulgò, pars est Calabriæ magis in Merid. extensa, & ab Oriente, Meridie & Ocidente mari cincta.

Calabria inferior, prov. regni Neapolitani, quæ sæpius dicitur Calabria Ulterior. Vide ibi.

Calabria superior, provincia regni Neapolitani, quæ sæpius dicitur Calabria citerior. Vide ibi.

* *Leander Albertus* in descript. Italiæ.

Gabr. Barii ord. min. de antiquitate, & situ Calabriæ, libri 5. Romæ. 1571. 8. extant etiam inter Auctores Italiæ Illustratæ editæ Francof. 1600. in fol. pag. 991. ab aliquibus adscribuntur dicti libri Card. Sirletto sed contrariū probat Wadingus in annal. min. verum Gabriel Barrius.

Cluverius, lib. 5.

Blondus Flavius illam describit, in Italia illustrata.

Jacob. Gaufredi, libri 4. de acqui-


Calabro ex Titiano.

stione

sitione Regni Siciliæ Calabriæ, & Apuliæ per Rob. Guiscardum.

Athanasius Kircherius S. I. de horrendis Terræmotibus anni 1638. in Calabria, in Mundo Subter. tomo 1. in præfat. cap. 2.

Constantini Lascharis, de Philosophis Calabris liber, & catalogus Virorum illustrium Calabriæ.

Hier. Marafinioti ord. min. Chronica Calabriæ, ital. Neapoli. 1596. 8., & recognita ab Auctore. Patavii. 1601. in 4.

Paul. Merula, in Cosmograph. p. 2. lib. 4. cap. 27.

Jo: Bapt. Pacichellus, in Itiner. Europæ. p. 4. pag. 236. & 378.

Prosperi Parisii Cosentini, descript. Calabriæ topographica, extat apud Ortelium. *Ejusd.* rariora magnæ Græciæ numismata. Ant. 1628. fol. Noaimb. 1683. 4.

Plinius, de Calabria, libro 3. cap. 11.

Ptolom. lib. 3. cum fig.

Jul. Cæsar. Recupiti, narratio horrendi Terræmotus in Calabria anno 1639. Col. 1639. in 12. Romæ. 1644. in 4.

Nic. Sansonius, Calabria citeriore, & ulteriore, mappâ.

Strabo, de Calabria, libro 6.

Jo: Leonardus Tufarelli, de Calabria, & Calabris illustribus, in Vita Bernhardi à Rogliano, italicè edita Cosentiæ. 1630. 4.

Ferdinandus Ughellus eam, & ejus Episcopos describit, in Ital. Sacra, Tomo IX.

Vossii, rerum per Magnam Græc. descriptio. Leidæ. 1625.

Calabriæ utriusque Tabb. apud Jo: Blaeu, item apud Jo: Jansonium, item apud Henr. Hondium. Amstelodami. fol. reg. expanso.

Vide Magna Græcia.

Calabrum, nunc Calviscum *Calviac*, vicus in Petrocoricensi prov. ad Duranium fluv. una leuca à Sarlato.

Calacari. V. Colicaria.

Calacta, urbecula Siciliæ, Caleacte & Caleate, nunc *S. Marco* dicta, est excisa, & ejus rudera versus Caroniæ ruinas, in ora Boreali & in Valle Demonæ, 13. m. p. à Fano S. Marci in occasum.

Caladunum, oppid. Hispaniæ Tarrac. fuit ubi nunc forsan Mirandela in prov. Trans-montana, ad Tuelum amnem, inter Brigsotiam ad ort. & Lamegam ad occas.

Calæcia, seu Calægia, hodie *Wittemberg*, urbs Saxoniæ ad Albim fluv. aliis est *Kalbe* castrum, ad confluentes Salæ fluv. in Albim, in Ducatu Magdeburgensi, paulò supra Barbium, & inter Servestam ad ort. & Bernaburgum ad occas.

Calagorgis, Vide Consorani.

Calaguris, nunc *Calahorra*, urbs Castellæ veteris, prope Iberum fluv. ubi recipit amnem *Cidacos de Castilla* dictum, in limite Regni Navarræ, Episcop. Media inter Lucronium ad occasum, & Tutelam ad ortum, 7. leucis utrinque, 13. à Calciats in ort. totidem à Pompelone in Merid.

* *de Marca* in hist. de Bearn. *Surita* Itinerar. Antonini. *Merula*, *Nonius*, &c.

Calaguris Julia Nascica, oppid. nunc *Loharre* vulgò dicitur, oppidul. Aragoniæ regni, ad Gallæcum fluvium, 4. leucis ab Osca in Septentr. Jaccam versus totidem.

Calahorra. V. Cluoia. V. Calaguris.

Calaiata. V. Metacum. V. Cumacarum.

Capua, urbs in Campania fœlici, arrogantiæ ab Historicis notatur, quia olim Romæ præferri voluit, prope Vulturnum fluv. à Longobardis eversa fuit, ejus rudera nunc *S. Maria Maggiore*, sive *delle gratie* dicuntur, pagus Terræ Laboris, ex ejus ruinis excitata fuit altera urbs Capua in monte Pisisco adjacenti, tandem translata fuit ad pontem Casilinum dictum, ad Vulturnum fluv. anno 856. ubi nunc, quæ Capua nova dici potest, vulgò *Capua* incolis, *Capoue* Gallis, in prov. Terræ Laboris 2. mil. p. à veteris Capuæ ruderibus in occas. (Archiepiscop.) sedet ad montis Tifatæ radices 16. m. p. à Neapoli

io Sept. totidem à Svessa in ortum hyber. 12. a mari Tyrrheno.

* *Leand. Albertus*, in descript. Italiæ pag.164.& seq.

Lel. Bisciola, Trinacria unde Capuæ nomen inditum ? in hor.subsc. T.1. lib.11. c.15.

Ant. Caracciolus ponit seriem Comitum & Principum Capuæ io suo Tractatu inscripto, Propylæa, extat in opere ; Aotiqui Chronologi quatuor, nempe Herempertus Longobardus, Lupos Protospata, Aot. Casinensis, & Falco Beneventanus.

Jul. Cæsar Cappic. in hist. neapolit. italicè.

Jo: Casinensis Abbatis ; Chronicoo posttemorum Comitum Capuæ, vulgatum à Camillo Pellegrino in Historia Longobardica fol. 122. Neapoli 1643. in 4.

Jo: Jacobus Hofman, io Lex. Univers, ac in ejus Contiouatione, plerisq; V. Capua.

Scipio Mazella, in descript. regoi Neapolit. italicè.

Camillo Pellegrino, l'Apparato all'aotichità di Capua. Napoli 1651. in 4.

Jo: Ant. Spinellus, de Capuanis Priocipibus, io suo opere, Historie della Citta, e Regno di Napoli. 1675.

Ferdinandus Ughellus, de ejus Episcopis. in Italia Sacra Tomo VI.

Capuanum Concilium, sub Siricio Papa extat in editione Conciliorum (Paris 1644.) in tomo 3. pag. 454. *Aliud* sub Victore III. tomo 26. pag. 607. *Aliud* sub Gelasio Papa tomo 27. pag. 15.

de Capuano Concilio sub Pasquali anno 1118. scribit Marcus Battaglinus io Hist. gener. Concil. ital. tomo 2. pag.158.

Capuæ Principatus, pars fuit ampla regni Siciliæ cis Pharum.

Capula, *Capul*, insula Asiæ in Oceano orient. ona ex Philippinis sub Hisp. inter Tandaiam ins. ad ort. & Masbatam ad occasum.



Capul insulæ incola.

Caput Acuum. Vide Acuum Caput.

Caput Album, *el Cabo Blanco* Hisp. *le cap Blanc* Gal. *White Head* Anglis, prom. Africæ, alias Solventia extrema dictum, excurrit io Oceanum Atlanticum in ora Nigritiæ reg. & in regno Gualatæ, inter oram Zaaræ reg. & fluv. Senegam.

Caput Album, *le Cap blanc* Gallis, *The Cape Cod* Anglis, prom. in Nova Anglia, versus Plimutum novom.

Caput Aniwa, *le Cap Aniwa*, prom. io Tartaria & in reg. *Yupi* dicta, 350. m. p. à parte Boreali Japoniæ, totidem à Terra Esonis in occasum.

Caput-aquæ, seu Caputaqueum, urbs Lucaniæ, hodie *Capaccio*, urbs prov. Principatus citer. in Regno Neapolit. (Episcop.) à Peste urb. 3. mil. in ort. uni ab ora sinus Pæstani, & 22. mil. p. à Salerno versus Meridiem.

* *Ferd. Ughellus*, de ejus Episcopis. in Ital. Sac. T.7.

Caput Arenarum, *le Cap de Sable*, promontorium in Nova Francia & prov. Acadia, in Merid. tendens, prope sinum Gallicum & Portum Regium.

Caput Arietis. Vide Castellum Arianorum.

Caput Aromatum. Vide Aromata promont.

Capus Attii, Vide Castrum novum.

Caput Bicayum, *el Cabo Bicayo*, prom. in Mindana ins. io Austrum & Orientem maximè tendens.

Caput Bojatdorum, *el Cabo Bojador*, prom. in Biledulgeridia, & io Tesseta reg. io ora Oceani Atlantici, contra Canarias ins. 60. leucis Hisp. distat à Capite Non in occas. hyber.

Caput bonæ Spei, *le Cap de bonne Esperance* Gallis, *el Cabo de buena Esperança* Hisp. *de Kaep van Goede Hope* Belgis, *Cape of Good Hope* Anglis, promont. io Cafreria reg. In Meridiem maximè tendit, juxta Oceanum Æthiopicum extenditur ferè ad 100. leucas ab ortu in occas. distat 1600. leucis Belg. à Batavia urbe Javæ ins. io occas. & 2200. circiter ab Amsterodamo in Meridiem.

* *O. Dapper*, io descript. Africæ. *Lud. Moreri*, in Dict.histor. V.Cappe bonne Esperance. *le P. Tachard*, Voyage de Siam.

Caput Bonum, Vide Mercurii promont.

Caput Boreale, Vide Rubeæ promont.

Caput Boreale, *le Cap de Nort* Gal. *el Cabo Race* Hispan. prom. in Guayana reg. prope ostium fluv. Amazonum Septentr. versus, in mare Boreale excurrens.

Caput Britannicum, seu & Britonum, *le Cap Breton*, prom. & ins. in ora Novæ Franciæ, inter Acadiam & insulam Terræ Novæ, in sinu S.Laurentii.

* *Juliani Perrault, Hannatensis*, relatio de Insula Capitis Britonum in nova Francia. Paris. 1634. io 12. & 1635. io 12. gallicè.

Caput Calaritanum. Vide Calaritanum Caput.

Caput Caleti, *le chef de Calais*, prom. in Picardia prov. una leuca à Caleto & in ora freti Gallici.

Caput Caletum, *le Chef de Caux*, prom. in Normannia prov. & in Calecensi tractu, prope Portum Gratiæ in mare Britannicum excurrens.

Caput Candenoum, *le Cap Candenos*, prom. Moscoviæ, in parte Boreali ins. Candenoæ, io Petzoricum mare excurrens, prope mare Album, e regione Lappiæ regionis.

Caput Cantinum, *el Cabo Cantin*, prom. in ora Oceaoi Atlantici, & in regno Marochi, prope Azafism & ostium Tensifti fluv. in prov. Duccala.

Caput Cerniacum, vulgò *Sacergo*, pagus io Biturigibus, proximus Bruciæ, *Brosse*.

* *Hadr. Valles*, in notitia Galliæ.

Caput Comorinum, *el Cabo Comori* Lusitanis, *le Cap de Comorin* Gal. prom. in parte merid. penins. Indiæ intra Gangem, in regione Malabaria. In Oceanum Indicom se extendit versus Maldivas ins.

Caput Corsum, *Cabo Corso*, prom. in Guinea, prope oppid. S. Georgii de Mina.

Caput Crucis, *le Cap de la Croix*, prom. in terra Esonis, prope fretum *Uriez*, & ex adverso ins. Terræ Ordinum ; aliud olim Aphrodisium dictum. Vide ibi.

Caput Crucis, *il Capo della Croce*, in ora orientali in Sicilia ad mare Jonium, prope Augustam oppid. olim Xiphonia prom. dictum.

Caput Currentium, *el Cabo das Corrientes*, prom. in ora Cafreriæ, olim Prassum dictum. In Oceanum Æthiopicum excurrit ex adverso insulæ Madagascariæ.

Caput Currentium, *el Cabo de Corrientes*, prom. io Nova Hispania, & in nova Gallæcia, in mare Pacificum excurrens versus Xaliscum.

Caput Desideratum, *el Cabo Desseado*, prom. ad fauces occidentales freti Magellanici, io Terra Ignium, 30. mil. p. a prom. Victoriæ in Meridiem.

Caput Farvelum, sive Vale, Anglis *Cap Farwel*, Gallis *le Cap d'Adieu*, prom. in parte merid. Groenlandiæ reg. ex adverso Estotilandiæ & Terræ Laboratoris, dicitur etiam Caput Forbisherii & Caput Ordinum à Belgis.

Caput Finis terræ. Vide Artabrum promontorium.

Caput Floridæ, *el Cabo de Florida*, promontorium in parte merid. Floridæ reg. & io Tegesta prov. in sinum Mexicanum valde protensum, e regione Cubæ ins. à qua distat 28. leucis Hisp. in Sept.

Caput Formosum, *el Cabo Formoso*, prom. in ora Guineæ & regni Benini, 70. leucis Hisp. à Benino in Meridiem, & 50. ab ins. Ferdinandi Pai in occas. inter sinum Benini & sinum S. Thomæ.

Caput Frigidum, *el Cabo Frio*, prom. in ora merid. Brasiliæ, & in præfectura fluvii Januarii, 18. leucis a Fano S. Sebastiani in ortum.

Caput Hagæ, *le Cap de la Hague*, prom. in Normannia infer. & in intimo recessu agri Constantiensis, in mare Britannicum excurrens, 3. leucis à Catoburgo in occasum, versus Oriniacam ins. totidem, dicitur etiam Ogigiæ caput.

Caput Henricæum, *le Cap Henry*, prom. in ora Virginiæ reg. ad fauces sinus Chesopeaci.

Caput

Caput Hornanum, *le Cap de Hoorn*, promontorium in Megellanica regione, & in Terra Ignium, versus mare Magellanicum. A quibusdam Hispanis dictum Caput S. Salvatoris.

Caput Jacobi, *The Cape James*, prom. in Nova Anglia, in mare Boreale excurrens, in tractu *Malebare* dicto.

Capus Istriæ. V. Just nopolis.

Caput loci aurei, *el Cabo de Logudoro*, seu *Cabo de Sacer* incolis, *il Capo de Logudorò de Saffari* Italis, pars septentr. Sardiniæ insulæ.

Caput Lupi Gundisalvi, *el Cabo di Lobo Gonsalve*, promont. in ora Oceani Æthiopici, inter sinum S. Thomæ & oram Congi.

Caput Mendocinum, *el Cabo Mendocino*, promontor. in Boreali parte insulæ Californiæ, juxta mare Pacificum.

Caput montis-Delii, *el Cabo de' Monte Delii*, promontor. in Malabaria regione, 6. leucis ab ostio fluv. Cangerocoræ in Meridiem.

Caput montis Leænæ, *el Cabo de Sierra Liena* Hispanis, promontor. aliter Caput Tagrinum, olim Hesperiornu dictum, in ora occidentali Guineæ, juxta amnem cognom. in confinio Nigritiæ regionis.

Caput Monumentense, *Capo Monmouth*, promontorium in ora meridionali freti Magellanici, prope transitum S. Sebastiani, & in terra australi Regis Caroli.

Caput Napum, *le Cap Napo*, promontorium in Japoniæ parte septentr. ubi vertit ad ortum, a Belgis *het Cap van Goeree* dicitur.

Caput Nigrum, *el Cabo Negro* Lusitanis, *the Black point* Anglis, promontorium in ora occidentali Cafrorum, in regno Melemba, 140. leuc. Hisp. distat ab urbe Loanda in Merid.

Caput Non, seu Naonis, *el Cabo de Nam* Lusitanis, *le Cap de Non* Gallis, *Cape Nun* Anglis, promontorium in ora Oceani Atlantici, & in regno *Sus*, sic dictum, quasi ultima meta.

Caput Olysiponense. Vide Olysipponense promontorium.

Caput Ordinum, ab Anglis & aliis vocatur Farvelum Caput. Vide ibi.

Caput Orlandi, *il Capo d'Orlando*, promontorium in Siciliæ insulæ septentrionali ora, in valle Demonæ, inter ostia Nasi & Fitaliæ fluviorum, 15. mill. à Pactis in occas. olim Agathyrnum promontor. forsan.

Caput Padi, locus Gal. Cisalp. nunc est *Quadrea*, vicus Duc. Ferrariensis ad ramum Volanæ dictum, 7. m. p. infra Ferrariam in ortum, aliis est *Codegoro*, vicus ejusd. Ducatus ad eumdem ramum Volanæ 26. m. p. infra Ferrariam in ort. & 12. à Comaclo in Septentr.

Caput Palmarum, *el Cabo dos Palmas* Lusitanis, *le Cap des Palmes* Gallis, promontor. in Guinea regione ubi desinit ora Malaghettæ, & incipit ora littoralis Guineæ propriæ, in Merid. porrectum.

Caput S. Antonii, *el Cabo de S. Antonio*, promontor. Americæ merid. ad ostia fluvii Argentei, versus Austrum, in prov. Argentea, in mare Magellanicum excurrit.

Caput S. Antonii, *el Cabo de S. Antonio* Hispanis, *le Cap de S. Antoine* Gallis, promontor. in Cuba ins. versus occas. ins. 55. leucis Hisp. à Yucatania prov. in Septentr.

Caput S. Augustini, *el Cabo de S. Agostino*, promontorium in Brasilia, in Præfectura Pernambuci. 6. mill. Germ. ab Olinda in austrum.

Caput S. Catharinæ, *el Cabo de Santa Catalina*, promontor. in ora regni Biafaræ, inter sinum S. Thomæ, & oram Congi, 37. leucis à promont. Lupi Gundisalvi in Merid.

Caput S. Crucis, *el Cabo de Santa Cruz*, promontor. in Cuba insula versus Merid. è regione Jamaicæ insulæ, à qua 20. leucis Hisp. distat.

Caput S. Lucæ, *el Cabo de S. Lucas*, promontor. in parte merid. Californiæ insulæ, 50. leucis Hisp. à nova Hispania, in occasum.

Caput S. Sebastiani, *el Cabo de S. Sebastian*, promontor. in parte Septentr. Madagascariæ insulæ, in mari Æthiopico.

Caput S. Vincentii, olim Sacrum promontorium dictum. Vide ibi.

Caput Sassaritanum. Vide Caput Loci aurei.

Caput Sequanæ, *le Chef de Seine*, promontorium in Normannia, in mare Britannicum excurrens ad ostium Sequanæ fluv.

Caput Spartellum, olim Cotes promontorium. Vide ibi.

Caput Stagni, *Capestang*, oppidulum in Occitania provincia, prope Narbonam, à qua 2. leucis distat in Bor. ad initium stagni quod in Atacem labitur.

Caput Stilari, *il Capo di Stilaro*, oppidulum in Jonia, & in ora sinus Smyrnæi, Clazomenæ oppido vicinum.

Caput Terræ. Vide Cantira.

Caput trium furcarum, *el Cabo de tres forcas* Hispanis, *le Cap de trois fourches* Gallis, promontor. regni Fezzæ, in ora littorali maris Mediterranei, è regione Alborani insulæ, in provincia Gareta, forsan olim Rysfadirum dictum.

Caput Vada, urbs Africæ, in Byzacena regione, in ora littor.

Caput Vale. Vide Caput Farvelum.

Caput Victoriæ, *el Cabo de la Vittoria*, prom. prope fauces freti Magellanici in mare Pacificum, versus Septentr.

Caput Virginis Mariæ, Anglis *Cape Virgin Mary*, promontorium in Magellanica, ad fauces orientales freti Magellanici versus Septentr. aliis est Caput Virginum.

Caput Virginum, *el Cabo de las Virgines*, promontor. Americæ merid. ad ostium orientale freti Magellanici, versus mare peraguajum, aliis est Caput Virginis Mariæ.

Caput Viride, olim Arsinarium dictum. Vide ibi.

Caput Vorsnamum, *le Cap Vorsuam*, promontorium in Estotilandia regione, & ad fauces sinus Hudsonii ad occasum.

Capytium, oppidum Siciliæ insulæ, aliis Capitina, nunc *Capizzi*, oppidulum in Valle Demonæ, intra montes Ætios, ad fontes Symethi fluvii, 20. m. p. ab ora maris Tyrrheni in Meridiem, & 30. ab Ætna monte in occasum.

Cara. V. Xarax. V. Zarez.

Carabeit. V. Pharamia.

Carabes. V. Pelusiacum.

Carabi. V. Acithius. V. Atys.

Carabogdania. Vide Moldavia.

Caraborum. V. Carbura.

Carabouroun. Vide Mercurii promontorium.

Caraburum. V. Balbuta.

Caraca, fluviolus Hispaniæ Tarracon. qui & Carraca, nunc est *Henares* fluvius, qui ortus in Castella veteri supra Seguntiam urbem, rigatis Caracca oppido, & Compluto, paulò infra in Xaramam fluv. & deinde cum ipso in Tagum se exonerat.

Caraca, dicitur sæpius Carraca. Vide ibi.

Caraca, *Caraca*, urbs in Caracarum regione, versus oram maris Borealis.

Caracaran. V. Lariagara.

Caracarum Regio, *las Caracas*, pars ampla Americæ meridionalis, versus oram maris Borealis extensa ab ortu in occasum.

la Caracas. V. Caracarum regio.

Caracates, populi Germaniæ superioris, statuuntur inter Tribocos & Vangiones septentrionales, ubi nunc pars Alsatiæ inferioris.

Caracca, urbs Carpetanorum in Hisp. Tarrac. aliis Carraca, & Characha, & Arriaca, nunc est *Guadalajara*, oppid. Castellæ novæ, ad fluv. Henares, 5. leucis a Compluto in ortum æstivum.

Caracca altera. Vide Carraca.

Carachisar. V. Corycus.

Caraci. V. *Caruci*.

Caracodes, portus Sardiniæ insulæ, in ejus ora occidentali, nunc *il Porto di Alghieri* dictus, prope urbem Algaram.

Caracomulu. V. Colchis.

Caraceran. V. Issedon Scythica.

Caracotinum, oppidum Galliæ Belgicæ, nunc *le Crotoy*, oppidulum in Picardia provincia, ad Somonæ fluv. ostia, etiam Gravinum dicitur.

Caractuel. V. Carcuvium.

Caradengiz. V. Pontus Euxinus.

Caradina. V. Drinus. V. Drilo.

Caradrus fluvius. V. Charadrus.

Caragoza. V. Cæsaraugusta.

Carahemit. V. Caramit.

Carai. V. Icarium. V. Ichara.

les Caraibes. V. Caribæ.

Caralia, urbs Episcopalis Pamphyliæ.

Caralis, urbs Isauriæ in Asia minori.

Caralis. Vide Calaris.

Caraiupo. V. Canalicum.

Carama. V. Charama.

Caramania, *Caraman ili* Turcis, *la Caramania* Italis, & *la Caramanie* Gallis, regio Asiæ minoris, juxta mare Mediterraneum extensa ad Meridiem, ex adverso Cypri insulæ.

Caramaniæ præfectura, *le Beglierbeglic de Caramanie*, una ex quatuor partibus Asiæ minoris, quæ versus Meridiem & mare Cilicium extenditur.

Carambire, fluvius Sarmatiæ, qui & Caramaucis, *l'Oby* nunc. Europam ab Asia dividit. Fontes habet in Tartaria deserta, & in Oceanum Sarmaticum, seu Chronium se exonerat, in Samoyeda regione, à Moscovitis *Obb reca* dicitur.

Carambice insula. V. Nova Zemla.

Carambis, promontorium Paphlagoniæ, nunc *il Capo Fisello*, aliis *Comano*, maxime in Pontum Euxinum contra Criu me-

metopon promontorium Tauricæ excurrens, inter Coryorum ad occas. & Sinopem urbem in ortum, ab ora Ponti Euxini 200. in ortum.
Caramis. V. Amida. V. Ammæa.
Caramoran. V. Sericus.
Carantani, vocati etiam Carentani. Vide ibi.
Caranthonus, fluvius Aquitaniæ, Carentonius aliis, & Canentelus, nunc *la Charente*, oritur in confinio Lemovicensis provinciæ, & in Oceanum Aquitanicum se exonerat infra Rupifortium & Sobisæum oppida, ex adverso Uliari insulę, 2. leuc. à Broagio in Septentr. Rupellam versus 6.
Caraiolne. V. Mesopotamia.
Carapula. V. Carepula.
Cararia, *Carara* incolis, *Carare* Gallis, oppidum Hetruriæ, & in Lunegiana tractu, in ditione Ducis Massæ e gente Cibo, ad amnem Lavenzam (principatus) 4. milliaribus ab ora maris Tyrrheni, & sex à Serezana in ort. hyber. Massam versus, olim Cariara dictum.
Carasa, oppid. Aquitaniæ intra Pyreneos montes, nunc est vicus *Garis* in Navarra inferiori, & in territorio *Mixa* dicto.
Carasar. V. Seleucia.
Carasia. V. Alexandria Troadis. Vide Troas. V. Troja. Vide Lydia. Vide Męonia.
Carasia, *Carasi-eli* vulgò Turcis, provincia Asiæ minoris.
Carasieli. V. *Carasia*.
Carasini, *Karasu*, urbs Tartariæ minoris, ad amnem *Karasu* etiam dictum, 45. m. p. à Baciesaraia in Merid. Theodosiam versus 35.
la Carason, Vide Caystrus. V. Nesus.
Carassan. V. Bactriana.
Carasu. V. Cydnus.
Caras. V. Gazorus.
Caratæ, pop. Norici, ad Danubium, inter Anisum urbem & Grimam oppidum 2. mill. Germ.
Caratze-dag-ili. V. Herzegovina V. Ducatus Sabaudiæ.
Caravaca, *Caravaca*, burgus in regno ☞ Murciæ, ubi servatur Crux è cœlo delapsa Sacerdoti Sacra facturo coram Rege Mauro, est prope Seguram amnem, & versus confinia Castellæ novæ.
Caravaggio. Vide Carraca. Vide Caravaggium.
Caravagium, aliis est Carraca. Vide ibi.
* *Melch. Trevinii*, Histoire de Cruce Caravacensi, ex Hisp. latinè per Jo: de Robles. Aug. 1619.
Carax, pagus Corsicæ, nunc *Carusi*, prope Marianam urbem excisam.
Carbania, insula maris Mediterranei, in ora Thusciæ, nunc *Cerboli* dicta.
Carbantia, seu Carcantia, locus Insubriæ, nunc *la Grangia*, vicus Ducatus Montisferrati, supra Sessites fluv. confluentes in Padum, dicitur etiam ad medias, estque in ipso limite dominii Vercellensis & agri Ticinensis, 2. mill. à Casale.
Carbantoricum, oppid. Selvogarum in Britannia secunda, nunc Laverochum castrum *Carlaverock* dictum, in Nidisdalia prov. Scotiæ Australis, & in ora Oceani Hibernici, prope Itunæ æstuarium, & ostium Nidæ fluv. ex adverso Angliæ, 3. mill. a Dunfreia in ortum hybernum.
Carbolongi. V. Hiccara.
Carbon. V. Alpheus. V. Rusarus.
Carbonacum, villa in Arduenna sylva.
la Carbonara. V. Herculis portus. Vide Aquilonia.
Carbonaria, Padi fluv. ostium, nunc *il Porto di Goro*, unum ex duobus ostiis Padi fluvii in mare Adriaticum, in Ducatu Ferrariensi, in confinio ditionis Venetę, 6. mill. in Austrum ab alio ostio Padi, quod nunc *il Po della Bagliona* dicitur, uti 25. à Fossa Clodia.
Carbonarius Saltus, pars fuit Arduennæ Sylvæ, in ea provincia Belgii, quæ nunc Hannonia dicitur, *le Haynaut*, versus fluvios Scaldim, Sabim, & Haynam, extendebatur à Scarpa flu. & a Montibus Veromanduos usque.
Carboniano. V. Corbio.
Carboniense monasterium in Carbonaria Sylva.
* *Pauli Aemilii Sanctorii*, historia monasterii Carbonensis. Romæ. 1601.
Fulgentii Passaretti, Cron-historia Carboniana.
Carbura, oppid. Lyciæ quod & Barbura, nunc *Caraborum* & *Carabnrum* dictum à Turcis, estque in Aidinia provincia.
Carbulo, oppid. hisp. bæticæ, prope Cordubum.
Carcanossia, *Carcanossi*, regio in insula Madagascaria, versus oram austr.
Carcaranon, *la Carcaranna*, flu. in Paraguaya. Oritur versus Andes montes, & in fluv. Argenteum se exonerat.
Carcaso, urbs Galliæ Narb. Carcassum & Carcassio aliis, hodie *Carcassone* incolis, *Carcassona* Italis, urbs in Occitania infer. ad Atacem fluv. Carcasonensis agri caput, (Episcopalis) triplex est, nempe superior, inferior & media inter Perpinianum & Tolosam, 5. leucis ab Aletho in Meridiem, & 8. à Narbona in occasum.
Carcasonensis ager, seu Carcassensis, *le Carcassez*, tractus in Occitania, dicitur aliter *le Comté de Carcassonne*, est pars Occitaniæ infer. versus Carcassonam & Atacem fluvium.
Carcesa, Vide Casoria.
Carchedon, Vide Carthago.
Carchi. V. insula Chalcia.
Carcinites Sinus, sinus est Scythiæ, in mari Euxino, medius inter Borysthenis ostium ad occas. & Bosphorum Cimmerium ad ort. dictus etiam Tamyraces, 10. mil. p. separatur à Byce seu Buge palude, & extenditur ad 120. mil. p. à Sept. in Merid. inter Tartariam Precopensem & Tartariam Nogajensem.
Carcinum, prom. magnæ Græciæ, quod & Cocynthum, nunc *il Capo di Stilo* dictum, in Calabria ulter. 10. mil. a Caulonia in Septentr.
Carcora. V. Diachersis.
Carcoviaca, *Kirkwal*, urbecula Scotiæ, Orcadum præcipua, in Mainlandia ins. an. mil. Angl. à Tarvedro prom. Borealiori Scotiæ in Sept.
Carcuvium, oppid. Hisp. Tarrac. inter Augustam Emeritam ad occas. & Cæsar-Augustam ad ortum.
Cardabiauca, oppid. Valeriæ Ripensis, quod aliis Cardobianca, in confinio Pannoniæ, nunc est *Friburg*, oppidul. Stiriæ, in Hungariæ confinio.
Cardamyla, & Cardamile, oppid. in Laconia prov. nunc *Sapito* dicitur, estque trans Eurotam fluvium prope Messeniacum sinum, & 8. mil. p. à Leuctris in Bor. ab aliis *Parama* nunc dicitur.
Cardamyle, oppid. Chii ins. Asiæ minoris in parte Boreali Aegei maris, *Cardamila* nunc, vicus 12. mil. p. a Chio in Boream distans.
Cardandan. V. Chaurana.
Cardia, urbs fuit Chersonesi Thraciæ, in ejus ora occid. Cardiopolis aliis, nunc *Caridia*, vicus, 15. mil. à Callipoli in occas. juxta Melanem sinum.
Cardiano. V. Classis.
Cardiffa, *Cardiff*, urbs parva, in Valliæ principatu, & in Comit. Glamorganensi, ad ostia Taffi fluv. in Sabrinæ æstuarium, uno mil. à Fano ad Taffum, 15. à Bristolia, totidem à Monumethia in occasum.
Cardigan. V. Ceretica.
Cardiganshire. V. Ceretica.
Cardiganum. Vide Ceretica.
Cardona, *Cardona*, Castrum Cataloniæ, ad amn. cognom. *Cardoner* vulgò, (Ducatus familiæ Falcorum, *de Folch* dictæ) 3. leucis à Celsona in Merid. Minorissam versus, & Montem Serratum.
* *Surrita*, lib. 13. & seqq. *Mariana* &c.
Carduelia, *Carduel*, sive *Carnuel*, prov. ampla Georgiæ reg. Extenditur versus montes, inter Comaniam ad Septentr. Imeretiam & Mengreliam ad occas. Guaguetiam ad Merid. & Scirvaniam, Tartarosque Dagestani ad ortum.
Carelia, *Karelen* incolis, *la Carelie* Gal. prov. Sveciæ, in Finnia regione.
Carembantium, *le Carembant*, tractus Galliæ in Flandria Gal. & in Castellania Insulana, versus Espinetum & limites Atresiæ provinciæ.
Carembola, *Carembole*, prov. ins. Delfinæ, in Africa, in Oceano Æthiopico, versus Meridiem.
Careni, seu Carini, pop. Britanniæ magnæ, Carini aliis, maxime ad Sept. inhabitantes, & omnium ultimi versus Orcades insulas, in ea parte, ubi nunc Cathnesia *Cathness* prov. Scotiæ septentrion.
Carentani, populi fuere Norici, Bojaris vicini. Carinthiæ incolæ, sunt dicti fuere etiam Carantini.
Carentini, pop. Italiæ in 4. regione.
Carentonium, *Carentan*, oppid. Normanniæ prov. in Constantiensi tractu, ad amnem cognom. 3. leucis ab ora maris Britannici, & 8. a Constantia.
Carentonium, *Charenton*, burgus in prov. Insulæ Franciæ, ad Matronam fluv. qui mox in Sequanam cadit, 2. leucis supra Lutetiam Parisiorum in ortum.
* *Calliere*, hist. de Marig. lib. 5.
du Chesne, recerche des antiq. des Villes de France. de Thoy, hist. l. 57.
Thomæ Ittigii, *Synodi Carentonensis* à Reformatis in Gallia Ecclesiis ann. 1631. celebratæ &c. historico-theologica dissertatio. Lips. 1705. in 4. probib.
Anonymi, de Carenthanorum conversione Hanoviæ. 1602. pag. 15.
Carentonius, Vide Caranthonus.
Carepula, urbs Mauritaniæ Cæsariensis nunc

nunc *Basaglio* Hisp. & *Gireslumar* incolis, *Carapula* aliis, in ora maris Mediterranei, inter Juliam Cæsoream ad ortum & Quizam ad occasum.

Caretha, quæ & Dionysia, ins. maris Lycii versus oram Asiæ min. nunc *Gironda* dicta, prope Chelidonias ins. & ostia Limyri fluvii.

Caretum, *Karhais*, oppidul. in Britannia inferiori, ad *Ansen* fluviol. 16. leucis à Brivate in ori. & totidem à Trecorio in Meridiem.

la Carfagnana. V. Carferoniana.

Carferoniana. Vide Grafiniana.

la Cargadeur, de Gergeori, est Argentanorum Emporium.

Cargapolia, *Kargapol*, prov. Moscoviæ occid. cum urbe cognomine, prope lacum Onegam, inter confinia *Sveciæ* & Doinam fluvium.

Cargapolia, *Kargapol*, urbs Russiæ magoæ, prov. cognom. caput, juxta lacum Cargapolium, media inter Duinam flu. ad ortum & Onegam lacum ad occasum.

Carge. V. *Carai*.

Cari. V. Incatus. V. Calcaria.

Caria, regio Asiæ minoris maxime in Merid. extensa, ex adverso Rhodi ins. terminatur ab Oriente Lycia, à Sept. Jonia, ab Occid. mari Ægeo, & à Meridie mari Carpathio & Rhodio.

* *Leonis Alabandensis*, Caricæ historiæ lib. 4.

Pomp. Mela, de ea, *l.* 1. c. 16.

L. Cal. Rhodig. de Cariis pop. in lect. ant. l. 16. c. 3.

Raph. Volaterranus, in Comm. Urb. de Cariis pop.

Cariense Conciliabolum, sub Liberio, extat in edit. Parisiensi Conciliorum anni. 1644. in T. 3. fol. 234. *de quo Sozomenus* lib. 6. c. 9.

Caria, Regio Scythiæ, ad Pontum Euximum.

Cariata. Vide Cataria.

Cariatia. V. Carianum. V. Cariatum.

Cariata, urbs fuit Bactrianæ.

Cariathaim, urbs Palæstinæ ultra Jordanem, in decimo milliario prope Medabam urbem, ad torrentem Arnon.

Cariathiarim, urbs Palæstinæ, in confinio Tribus Simeon.

Cariatum, *Cariati* vulgò, urbs aliàs magnæ Græciæ, nunc Calabriæ citer. in ora maris Jonii, (Episcopalis & principatus gentis Spinellæ) a Crotone 26. mil. in Bor. uti 20. à Siberena, & 10. ab Umbriatico, Roscianum versus 24. & 40. a Cosentia in ortum.

* *Ferd. M. Ughel.* de ejus Episc. in Ital. Sac. T. IX.

Caribæ, *les Caribes*, seu *les Caraibes*, populi Americæ sept. se ipsos *Callinago* vocant, & pro majori parte in proximam continentem Americæ meridionalis se receperunt, versus antiquas sedes in Guajana regione.

* *Raymundi Breton ord. Prædic.* Catechismus, & Lexicon Caraibo-Gallicum, Antissiodori. 1665. in 8.

Jo: Janson, Insula S. Ivan de Puerto Rico, Caribes, vel Canibalum. Amstel.

P. du Tertre (P. de Collibus) ord. Prædic. Historia Antillarum à Gallis inhabitatarum generalis, gallice voll. 2. Paris. 1665. in 4.

Anonymi Caribæ Insulæ per *Jo: Blaeu*, charta geogr. Amstel. it. ap. *Jo: Jans.*

Historia de Barbados, sive S. Christophori, Mevis, S. Vincentii, Antego, Martinico, Monsarat, & aliarum Carybbarum Insularum, libri 2. anglicè. Londini. 1667. in fol.

V. Antillæ. V. Canibalum.

Caribider. V. Corindios.

Caricium, *Carick*, urbs parva Hiberniæ in Momonia prov. ad Svirium fluv. in Comit. Tiperariensi, & in confinio Lageniæ & Comitatu Vaterfordiensis.

Caridemum, Vide Charidemum.

Caridia. V. Cardia. V. Cardiopolis.

Carienda, ins. Cariæ reg. prope Myndum urb. in Jassico sinu, dicitur etiam Caryanda.

Carietes, vel Carytæ, pop. Hisp. Tarraconensis, in Conventu Cluniensi.

Carignan. V. Ivodium. V. Carinianum.

Carilla, oppid. Picentinorum.

Carilocus, *Charlieu*, oppidul. Burgundiæ, & in Carolesii Comitatu.

* *in Cabillonensi* Synodo anni 888. actum est de privilegiis Cariloci, de qua Synodo Battaglious, tomo 2. pag. 34.

Concilium apud Carolocum sub Jo: X. extat in edit. Concil. Paris anni. ☞ 1644. in T. 25. f. 21.

Carilocus, *Chailly*, vicus Galliæ cum Abbatia, in prov. Ins. Franciæ, 2. leucis à Sylvanecto in ortum.

Carimo. V. Armina. V. Armena.

Carin. V. Cythus.

Carina, mons Cretæ ins. 9. mil. p. ambitu patens, in quo spatio muscæ ☞ nullæ reperiuntur, neque mel attingunt, prope Minoam oppidum.

Carine, urbs Mediæ, nunc *Cherima*, à Tabresio in Occid. distans.

Carine. V. Carinum. V. Charinum.

Carinena. V. Illiturgis.

Carini. V. Cerata. V. Hyccara. V. Carime.

Carini, Germaniæ pop. ubi nunc forsan pars Marchiæ Brandeburgicæ.

Carinianum, *Carignano* incolis, *Carignan* Gallis, oppid. in Pedemontio, ad Padum fluv. (Principatus) 5. mil. supra Taurinum in Merid. paulo minùs à Carmaniola.

Carinianum, antea Epoissus & Ivodium Vide ibi.

Carine. V. Corioium.

Carinola. V. Calenum.

Carinthia, *Karnten* incolis, *la Carinthie* Gallis, *la Carintia* Italis, prov. Germaniæ (Ducatus) in circulo Austriaco, ubi olim pars Norici regionis, & Ambisontii populi, terminatur à Sept. Stiria & ditione Salisburgensi, ab Oriente etiam Stiria, à Meridie Carniola, & Foro-Juliensi prov. a qua separatur Alpibus Carnicis, & ab occas. Comit. Tirolis, extenditur ab ortu in occas. estque duplex, nempe superior quæ ad occas. & inferior quæ ad ortum.

* *Phil. Cluverius*, in lib. 3. Geogr.

Jo: Jacobus Hofman, in Lex. univ. ac in ejus Continuat. V. Carinthia.

Mich. Holzwurm, exactissima geographia Archiducatus Carinthiæ. 1612.

Mich. Horinge, Beschreibung des Landes Karndten. Leipzig. 1608. 8.

Petrus Messias, de Ritibus gentis Provinciæ Carinthiæ in Coronatione proprii Principis, & quàm graviter puniant Fures? in opere ejus Italico, Selva rinovata, parte 3. cap. 25. *Idem* de Carinthia, ac ejus veteribus Legibus, & ritibus veteribus, & modernis, ibidem parte 4. cap. 70. & & cap. 71.

Matth. Meriani, Topographia Austriæ, Styriæ, Carinthiæ &c. germanicè. Franckf. 1649 in f.

Menstreles, de Carinthia; Cosmog. lib. 5.

Mich. Orings, Beschreibung des Landes Kärndten. Leipz. 1608. 8.

Aurelii Philippi Theophr Paracelsi, Epitome Chronici Carinthiæ; extat in Tomo 2. suorum Operum, lib. 5. *Ejusdem* Geographia Carinthiæ; explicata est in Michaelis Neandri explicatione Orbis Germani in 8.

Tobias Pfannerus, de Carithia, lib. de præcip. Germ. Principum Gentibus, cap. 1.

Jo: Salivaunus, de Situ totius Carinthiæ. Basil. 1557. carmine.

Sams. Abban, Tabula, Stirie, Carintie, Carniole, [Duches, Estats unis & hereditaires à l'Archiduché d'Austriche. Paris. 1666.

Aeneas Sylvius, de Carinth. in Eur. cap. 20.

Jo: Weichardi Valvasor, Topographia Archiducatus Carinthiæ antiquæ, & modernæ completa, germanicè. Norimb. 1688. in fol. de qua in Suppl. Act. Lips. sect. 5. anni ejusdem.

Carinum, & Carinæ, dicitur etiam Charinum. Vide ibi.

Cariopolis, urbs Cariæ in Asia minori, nunc *Clarioboli* Turcis, Episcopalis.

Caris, fluvius Galliæ, *le Cher* vulgò, oritur in confinio Alverniæ, & in Ligerim fluvium se exonerat tribus Brachiis prope & infra Cæsarodunum Turonum, à quibusdam Carus dicitur.

Carisiacum, castrum Galliæ, ad Isaram fluvium, nunc vicus Galliæ *Quierzy* dictus, in prov. Ins. Franciæ, & in agro Noviomensi, ad Oesiam fluv. una leuca cum dimidia infra Caloiacum, & 2. à Novioduno in ortum.

* *du Chesne*, des Villes du Comté de Pontbieu, cap. 1.

Froissartus in hist.

Mezeray, Hist. de France en Philippe de Vallois.

Hadr. Vallesius, in notit. Galliæ.

Carisiacense Concilium, sub Leone IV. extat in edit. Concil. Paris. 1644. Tom. 21. fol. 601. *Item* sub Leone III. Tom. 22. fol. 25. *Item* sub Nicolao I. ibid. fol. 613.

Carissa. Vide Aorelia.

Carissa, urbs Galatiæ, nunc *Carisser*, estque in limite Cappadociæ, Adrapæ proxima, inter Andrósiam Borealiorem & Rhastiam.

Carissanum. Vide Cossanum.

Cariti, populi Hisp. Tarracconensis, ubi nunc pars occidentalis Guipuscoæ provinciæ, & pars orientalis Biscaiæ regionis, inter Oceanum Cantabricum ad Septent. & Iberum fluv. ad Merid. etamque inter Vardulos ad ortum & Autrigones ad occasum.

Caritium, Liguriæ oppid.

Cariteni, populi fuere Germaniæ, ubi nunc Wurtembergensis Ducatus, juxta Ni-

ra Nierum fluvium.

Carina. Vide *Caroza*. Vide Aurelia Casisa.

Carizath. V. Hyrcania.

Carlatum, *Carlat*, castrum in Alvernia superiori.

Carlavium. Vide Caterlogum.

Carlavvrock. V. Carbantoricum.

Carlentini. V. Carleontinum.

Carleolum, *Carlile*, urbs Angliæ Borealis, olim Lugnvallum dicta, ad Itunam fluvium, in Cumbria provincia, jacet in confinio Scotiæ, prope ruinas muri Pictici, aliàs *Luel* dicta, postea *Karleol*, tandemque *Carlile*, (Episcopalis) 3.m.p. ab Itunæ æstuario in ortum hybernum, 6. à Scotia, 45. à Lancastria in Septentr. 48. à Dunelmo in occasum, & 90. ab Eboraco in occas. æstivum.

Carleontinum, *Carlentini*, oppid. Siciliæ insulæ in Valle Netina.

Carlile. V. Cataractorum. V. Catturactorium. V. Carleolum.

Carlinfordia, *Calingford*, oppidulum Hiberniæ, in Ultonia prov. & Lugensi Comit. 4. mill. à Dunkerano, & 22. à Duno in Meridiem.

Carlostadt. V. Carlostadium.

Carlow. V. Caterlogum. V. Carloviam V. Caterlogum.

Carlowitz. v. Carlostadium.

Carlsburg. v. Caroloburgum.

Carlshaven. v. Caroli portus.

Carlstadt. v. Carlostadium.

Carmagnola. v. Carmangola.

Carmain. v. Carmelus.

Carman, seu Acarman, urbs Arabiæ fœlicis, nunc est *Coba*, oppidum Arabiæ in Mediterraneis, ad fluv. *Chaibar*, 30. leucis Hisp. à Mecca in ort. æstiv. 47. ab ora Sinus Arabici in ortum, 55. à Medina.

Carmania, regio Asiæ, in regno Persarum, terminatur a Septentrione Parthia, ab ortu Gedrosia, à Meridie Oceano Indico, & ab occasu Perside propria, estque pars Persidis, duplex est, nempe Carmania proprie dicta, quæ versus Austrum extenditur; & Carmania deserta, quæ magis ad Boream versus Parthiam porrigitur, utraque nunc simul *Kherman* dicitur, terminatur in præsentia Sigistania provincia ab ortu, Zablistania ad arctos, & Persia propria ad occasum.

☞ Hic Testudines magnitudinis miræ reperiuntur.

* *Arrianus*, de ea, lib. 8., *Plin.* lib. 6. *Salmasius* ad Solinum pag. 240. 559. 1190. 1197. &c.

Carmanicus Sinus, *le Golfe d'Ormus*, pars maris Indici, extra fauces sinus Arabici in ora Persidis, inter Asaborum & Corodamum promontoria.

Carmaniola, *Carmagnola* incolis, *Carmagnole* Gallis, urbs in Marchionatu Salutiarum, intra limites Pedemontii proprii, 2. mill. à Pado fluvio, 8. ab Augusta Taurinorum in Meridiem, Fossanum versus.

Carmarden. V. Maridunum.

Carmardeniæ Comitatus. Vide Maridunensis Comitatus.

Carmania, *Cherman*, & *Kherman*, urbs Persiæ, Carmaniæ prov. caput, ad Athindanem fluv. 180. m. p. ab ora Oceani Indici in Septentr. bidui itinere à Gazna urbe Zablistaniæ Indiam versus.

Carmanum, *Carmain*, oppidum in Occitania; prope Tholosam, à qua 4. leucis in ortum, & pars est Vasconiæ.

Carmelum, promontorium palæstinæ, prope montem cognominem, & Porphirium urbem, hodie *il Capo di monte Carmelo* à nautis, 16. milliaribus à promontorio Albo in Merid. Cæsaream versus.

Carmelus, mons Palæstinæ, vulgò *Carmel* indigenis, *le mont Carmel* Gallis, *Carmain* incolis montis, *il monte Carmelo* Italis, mons in Galilæa provincia, in ora maris Mediterranei, hinc Carmelitarum ordo nomen traxit & originem, ejus circuitus est 30 mill. distat ab Hierosolymis 50. mill. in Septentr. Ptolemaidem versus 12. uti à Nazareth in occasum.

* *Petrus Bercharius*, de eo in reduct. lib. 15. cap. 14. & in Dict. Mor. v. Carmelus.

Doubden, in Itiner. Terræ Sanctæ, gallicè.

Jo: Eusեb. Nieremberg de spelunca Eliæ in monte Carmelo, de miris terræ prom. cap. 84.

Anonymi, Examen Divinitatis, quam in Carmelo Vespasianus consuluit, &c. seu locus Svetonii de Deo Carmelo, hispanicè explicatus per Casp. de Mendo, interprete Daniele Papenbrochio. Antuerp. 1668. 4.

In Orbe meo Literario Universo plenus extat Catalogus Scriptorum de Carmelitano Ordine, Verbo Carmelitæ.

Carmene. V. Carmelus.

Carmia. V. Curium.

Carmina, *Carminah*, urbs Mawaralnahræ regionis in Bocharæ tractu, inter Bocharam & Samaracandam.

Carmon. Vide Charax. Vide Coromanis.

Carmon, fluvius Achaiæ.

Carmon, mons Græciæ in Peloponneso.

Carmon, urbs Turdetanorum in Hisp. Bætica, aliis Charmonia & Carmo, nunc *Carmona* incolis, *Carmone* Gall. urbs in Vandalitia provincia, juxta Siciliensem amnem *Carbones* vulgò, 2. leucis à Bæti fluv. in Meridiem, 6. leucis ab Hispali in ortum, Astigim versus 8., & Cordubam 16.

Carna Sylva, *Karnwald* German. sylva Helvetiæ, Subsylvaniam pagum in duas partes dividens.

Carna, urbs Arabiæ fœl. Carana etiam, erat in mediterraneis, & Minæorum regia.

Carnarius Sinus, olim Flanaticus. Vide ibi.

Carnarvan Comté. V. Arvonia.

Carnasa, urbs Indiæ intra Gangem, Cæsana aliis dicitur, nunc *Carden*, in Imperio Magni Mogolis.

Carne, oppid. fuit Phœniciæ, in ora maris Mediterranei, prope Cassium montem & ostia Eleutheri fluvii, 8. mill. ab Antarado in Septentr. totidem a Palto in Meridiem.

Carnea, *la Carnia*, tractus in provincia Foro-Julii in ejus parte septentr. juxta Tilavemptum fluv. versus confinia Carinthiæ super. ad radices Alpium Carnicarum.

il Carner. V. *il Quarnero*. V. Carnarius sinus. V. Flanaticus sinus.

Carni, populi fuere Galliæ Transpadanæ, eorum fines erant ad ortum Formio fluv. ad Bor. Alpes Juliæ, & Ocra mons, ad Austrum mare Adriaticum, & ad occas. Tilavemptus fluvius, erant in ea regione, in qua nunc pars orientalis Foro-Juliensis provinciæ, *il Friuli* incolis.

la Carnia. V. Acarnania. V. Carnea.

Carni Taurisci, populi fuere Alpini, & Noricorum pars ad Austrum, qui Alpibus Juliis divisi erant à Carnis, eorum regio nunc dicitur Carniola.

Carnicum Julium, urbs fuit Carnorum, inter Alpes, nunc *Ponteba*, ad Pontebam amnem, oppidulum partim in Foro-Julio, & partim in Carinthia situm, 6. mill. Germ. ab Utino in Septentrionem, & 7. à Villaco in Meridiem.

Carninburgum, *Krainburg*, oppidum in Carniola super. ad Savum fluvium, 5. mill. Germ. à Labaco in occas. & 7. à Clagenfurto in Meridiem.

Carniola, *Krain* incolis, *il Cragno* Italis, *la Carniole* Gallis, provincia Germaniæ maximè in Meridiem extensa, terminatur ab Oriente Croatia, a Septentr. Stiria & Carinthia, ab Occid. Carinthia, à Meridie provincia Foro-Julii, Istria, & Croatiæ parte.

* *Sams. Abbevill.* Charta Geograph. Stirie, Carinthie, Carniole, Duches. Paris. 1666.

Wolfg. Lazii, Descriptio Rhætiæ Alpestris; item Goritiæ, Karstii, Chaczeolæ, Carniolæ &c. Extat in Tab. Ortelii. Antuer. 1595. fol.

Gerh. Mercatoris, Tab. Geogr. Carniolæ, Ciliæ, & Vinidorum Marchiæ. Amstel. in fol. ap. Gul. Blaeu. *Ejusd.* Karstia, Carniola, Histria, &c. ibid. apud Joan. Janson.

Jo: Ludovici Schoenleben, Carniola antiqua, & nova, seu inclyti Ducatus Carniolæ Annales Sacro-Profani ab Orbe condito ad nostram ætatem, tomis 2. Labaci. 1681. fol.

Jo: Weichardi Valvasoris, Gloria Ducatus Carniolæ explicata, germanicè (Die Ehre des Herzogthums Crain, &c.) tomis 4. quorum primus Labaci. 1689. fol. & tomus 2., 3., & 4. Labaci. 1690. fol.

Carnobie. Vide Carnovium. V. Curnovium.

Carnodunum. Vide Carrodunum.

Carnotensis Ager, *le pais Chartrain*, prov. in Belsia, versus Carnutum urbem, inter Perticum, Hurepœium & Aurelianensem agros.

Carnovacæ, populi erant Britanniæ major. inter Creones & Cariones, ubi nunc forsan pars occident. Stranaverniæ prov.

Carnovia, *Karnow* incolis, *Jagerndorf* Germanis, oppidum regni Bohemiæ in Silesia superiori, ad Oppam fluv. 4. mill. Germ. à Ratiborio in occasum, & versus confinia Moraviæ 3. circiter.

Carnovium. Vide Curnonium.

Carnutum, urbs Pannoniæ superioris, nunc vicus Austriæ inferioris, *S. Petronel* dictus, ad Danubium fluv. prope Hamburgum urbem, in Hungariæ confinio, 6. mill. Germ. à Vienna in ortum, Posonium versus 4.


Carnutensis Ager, *le pais Chartrain*, tractus Galliæ in Belsia prov. circa Carnutum, & Eburam fluvium.

Carnutes, populi Galliæ Celticæ, Carnuti,

nuti, Carnutæ, & Carnoti, à Sequana fluv. ad Ligerim extenſi, inter Aurelianos ad Merid. Aulercos, Diablintes & Cocnomanos ad occaſ. Eburovices ad Septentr. & Pariſios Senonesque ad ortum, ubi nunc Belſia, & tractus Carnutenſis, Dunenſis, Meduntanus, Vindocinenſis, & Bleſenſis.

* *Ægidii Tullii* in leges quaſdam Carnutum municipales, Comm. Paris. 1570. in 4.

Carnutum, urbs Gall. Celt. ſive Autri-



cum, Carnutum, & Carnutes, vulgò *Chartres* incol. *Ciartres* Ital. urbs Galliæ Epiſcopalis, juxta Eburam fluv. Belſiæ prov. caput, 18. leucis à Lutetia Paxiſiorum in occaſ. hiber. & totidem ab Aureliano in Septentrionem.

* *Jo: Bonifac.* in hiſt. Virg. lib. 2. cap. 21.

du Cheſne, in antiq. Gall. cap. 1.

Lud. Morerius in Dict. hiſt. v. Chartres.

Sammarth. in Gallia Chriſt.

du Puy, droits du Roy.

de Thou hiſt. l. 42. & ſeqq.

Caroburgus, *Cherbourg*, urbs in Normannia prov. & in Conſtantienſi tractu, ad mare Britannicum, 14. leuc. à Conſtantia in Sept. 9. à Careniano.

Carolei. V. Inia. V. Ixias.

Caroleſium, *le Charolois* incolis, *il Caroleſe* Italis, tractus Burgundiæ, extenditur inter Auguſtodunenſem tractum & Matiſconenſem.

* *Joan van Damme*, les Envisons, &c. comprenant une grande partie du Comté de Charolois. Amſtelod. ap. Jo: Blaeu, & Jo: Janſon. Amſtel. 1641. fol.

Caroli Munimentum, *Charles fort*, munitio & colonia parva Anglorum in America ſeptentr. & in intimo receſſu ſinus Hudſonii ad Merid.

Caroliæ, *Charoles*, oppid. Burgundiæ, Caroleſii tractus caput, ad amn. Reconſam, 6. leucis à Cluniaco in occaſ. Ligerim fluv. verſus 5. & 11. ab Auguſtoduno in Meridiem.

Carolina, *le Fort Charles*, arx Hiberniæ in Ultonia.

Carolina. Vide arx Carolina.

Carolina, *la Caroline*, prov. Americæ ſeptentr. & pars orientalis Floridæ reg. in ora ſeptentr. verſus confinia Virginiæ regionis.

Carolinum Promontor. *le Cab Charles*, eſt in Terra Arctica, & in Eſtotilandia regione prope ſinum Hudſonium.

Carolinum Promontorium, *el Cabo Carlos*; in Florida, verſus ſinum Mexicanum.

Caroli portus, *Carlshaven*, oppidul. in Blekingia prov. & in ora maris Baltici.

Caroloburgum, *Carlsburg*, urbecula in Saxonia infer. & in Bremenſi Ducatu, ad Viſurgis fluv. oſtium, in limite Comit. Oldemburgici, 9. mill. Germ. infra Bremam, 3. ab ora Oceani Germanici.

Carolomontium, *Charlemont*, oppidul. Belgii, ad Moſam fluv. in tractu Leodienſis ditionis, medium inter Namurcum ad Septentr. & Carolopolim ad Merid. à Philippovilla 4. leucis in ort. & 5. à Dinantio in Merid. Carolopolim verſus.

* *Ludov. Guicciardinus*, illud deſcribit cum figur. de reg. Belgii.

Carolopolis, aliter Compendium. Vide ibi.

Carolopolis, *Charleville*, urbs Galliæ, ad Moſam fluv. in Campania prov. & in Retelenſi agro, 5. leucis a Sedano, Rupem regiam verſus.

Carolopolis, *Charles Town* incolis, *Charlesville* Gallis, oppid. in Barbata ins.

Caroloregium, *Charleroy*, arx in Comitatu Namurcenſi, prope Sabim fluv. in confinio Hannoniæ, quinque leucis à Montibus in ort. Namurcum verſus totidem, octo à Bruxellis & a Lovanio in Meridiem.

Caroloſtadium, ſeu Carolopolis, *Carlowitz* incolis, *Carloſtadt* Germanis, urbs in Croatia regione, ad confluentes fluvii *Mereſwitz* in Colapim, 2. mill. Germ. a Metulo in ort. & 5. à Rodoſiverda in ort. hybernum.

Caroloſtadium, *Carlſtat*, oppidul. in Franconia, ad Moenum fluv. 3. mil. Germ. infra Herbipolim in Septentr.

Caroloſtadium, *Carloſtads*. oppid. in ea parte Weſtrogothiæ prov. quæ Wermelandia dicitur, juxta Veneram lacum, 25. mill. à Philippoſtadio in occaſum.

Caron. V. Eulæus. V. Choaſpes.

Caronia. V. Haleſa. V. Alæſa.

Caronium, urbs Hiſp. Tarrac. in Callaicis Lucenſibus, nunc eſt *la Coroña* incolis, *la Corogne* Gallis, oppid. Gallæciæ, in ora littor. ad Boream, inter promontoria Trileucum & Artabrum, 8. leuc. à Compoſtella in Septentr. 90. ab Olyſippone.

Caroſa. V. Cyptaſia.

Caros de los Infantes. V. Ilacuris.

Caroza. V. Aurelia Cariſa.

Carpa. V. Calpos. V. Carpa.

Carpa, *Carpa*, urbs in regno Bramæ, ad fluv. Caypumum, 60. m. p. infra Caraianam urbem in Meridiem.

Carpalus. V. Mæotis palus.

Carpana, *Carpana*, ins. Oceani Orient. una ex Laironum inſulis.

Carpaſia, inſula parva Aſiæ minor. in ora Ciliciæ.

Carpaſia, urbs Cypri, aliis Carpaſium, (Epiſcopalis) *Carpaſſo* vulgò, nunc oppidulum in ora Boreali Cypri, inter Aphrodiſium ad occaſ. & Dinaretum promontor. ad ortum, 20. mill. à Salamine in Septentr. paulò amplius à Clide promontor. in occaſ. inter Carpaſiam & Dinaretum promontor.

Carpates, mons Sarmatiæ, Carpathus aliis, mons ab ortu in occaſ. extenſus, olim inter Sarmatiam Europæam & Daciam, nunc inter Poloniam & Hungariam Tranſſylvaniamque, vulgò ab accolis *Szepeſſ*, *Krempak*, & *Bies Sciady* a Ruſſis.

Carpathium mare, *il mare di Scarpanto* Italis, *la mer de Scarpante* Gallis, pars eſt maris Mediterranei, verſus Carpathum ins. inter Cretam & Rhodum extenditur.

Carpa-

Carpathus, Κάρπαθος Græc. insula Asiæ minoris in mari Ægæo, vulgò *Scarpanto*, est inter Rhodum ios. ad ort.



50. m.p. & Ceteram ad occaf. 60. m. p. Asiæ minori, & Cariæ proprior, ejus circuitus est 50. mil.

* *Boschini* eam italicè describit nell'Arcipelago.

Daviy tom. 2. pag. 54. 55.

Plin. lib. 4. cap. 14.

Solinus in Polyhist. cap. 21.

Carpen. V. Carpis.

Carpentaria, *la Carpentaria*, & etiam *het Carpenter lands*, pars terræ Australis, in intimo recessu Oceani Indici.

Carpenterlands. V. Carpentaria.

Carpentoracte, urbs Gall. Narb. hodie vulgò *Carpentras* dicta, urbs Galliæ in Provincia, Episcopalis, caput Comitatus Vindascini, 4. leucis ab Avenione in ortum æstivum, totidem à Vasione in Meridiem, & 3. ab Arausione.

* *Lucii Claudii Ensis*, Oratio pro Republica Carpetoractensi, extat cum laudibus Sacerdotū, & aliis. Tolosæ. 1522. in 12.

Carpentoratense Concilium sub Felice IV. anno 527., extat in edit. Concil. Paris. 1644. in Tom. XI. fol. 51., & in appendice ad Tom. X. extant ea, quæ emendavit in his, quæ antea scripserat; videatur *Baronius* in annal. Tom. VI. & *Battaglinus*, in hist. Concil. Tom. 1. pag. 308.

Carpentras. V. Carpentora.

Carpetani, pop. fuere Hisp. Tarrac. ubi nunc pars regni Castellæ novæ, & tractus *l'Algarria & la Mancha* dicti, versus Tagum, & Anam fluv.

Carpetania. V. Carpetani.

Carpi. V. Carpis. V. Carpum.

Carpiani, pop. Sarmatiæ Europææ, inter Carpatem montem, & Vistulam fluvium.

Carpinetum, *Carpineto*, castrum in Campania Romana versus Anagniam, Ducatus titulo insignitum.

Carpio, *Kerpen*, oppid. in Ducatu Juliacensi, in confinio ditionis Coloniensis, 4. mill. Germ. à Colonia in occasum.

Carpio. V. Corbulo.

Carpis, fluvius Moesiæ, qui in Istrum cadit.

Carpis, oppid. Pannoniæ infer. nunc *Carpen*, vicus Hungariæ ad Danubium fluv. inter Strigonium & Budam occurrens.

Carpis, urbs Africæ, olim Episcopalis, nunc pagus inter Maxulam & Clupeam, Tuneti urbi finitimus, *Carpi* adhuc.

Carpudæmum, oppid. Thraciæ mediter. nunc *Cappa*, aliis *Capsia*, inter Bizyam & Bergulas.

Carpum, *Carpi*, urbs parva in Longobardia (Principatus) ad incile fluvii Gabelli, 12. mill. à Mutina in Sept. 4. à Corregio.

* Ducato di Modena, Regio, Carpi, &c. tab. ap. Guil. Blaeu, & Jo: Janson. Amstel. fol.

Carraca, oppid. Behunorum in Gallia Transp. in Insubrum & Cenomanorum confinio, nunc *Caravaggio*, oppidul. Ducatus Mediolanensis in Addua Glarea tractu, & in confinio agri Bergomensis (Marchionatus Vicecomitum) 24. m. p. à Mediolano in ort. Brixiam versus 28.

Carraca, quæ & Caraca, urbs Hisp. Tarraconensis, in Carpetanis, nunc urbs *Guadalajara* in regno Castellæ novæ, ad amnem *Henarez*.

Carragasin. V. Siasim.

Carrano. V. Achara.

Carrara. V. Cararia.

Carraria. V. Cararia.

Carrathassam. V. Calpas.

Carra Veria. V. Berroca.

Carrea, oppid. Liguriæ, nunc Clarascum, *Cherasco*, oppid. in Comitatu Astensi, ad Tanarum fluv. aliis est Cherium, *Chieri*, oppidum Pedemontii.

Carrhæ, urbs Mesopotamiæ, aliàs Episcopalis postea metropolis nunc *Harran*, urbs Diarbechiæ prov. prope Chabotam flu. 40. mil. ab Edessa, 60. ab Euphrate in ortum.

* *Jul. Bartholocius*, de Carraitis in Biblioth. Rabbin ca p. 3. digres. 2.

Recaredi Scimeon, tractatus de Carraitarum nostri ævi secta, extat adiectus libro de ritibus Hebræorum à R. Juda Arie scripto hebraice edito Paris gallicè. 1674. in 8. & anglicè. London. 1650. in 8.

Carricta, *Carrick*, prov. Scotiæ Trans Taanæ, in ejus ora ad occaf. prope Glottæ æstuarium, inter prov. Covalliam ad Septentr. & Gallovidiam ad Meridiem.

* *Timoth. Pont*, Canicta meridion. & borealis, ap. Jo: Blaeu. fol.

Carrina, seu etiam Carima, oppidum Lusitaniæ, nunc *Cadima* vulgò, pagus Portugalliæ in prov. Beira, supra fontes amnis *Giraon*, una leuca à Cantaneda castro & 2. à Munda flu. uti ☞ ab Oceano Lusitanico; in eo sunt 2. duo fontes miri, unus omnia respuens, alter omnia absorbens, locus absorbens *Ferventia*, vulgò dicitur.

Carrio, *el Carrion*, flu. Hisp. oritur ex monte Pernia, & infra Palentiam urbem Pisoracæ miscetur.

Carrio, *Carrion*, oppidul. in Mexicana prov. versus Tlascalam.

Carrio comitum, *Carrion*, cognomento *delos Condes*, oppid. in regno Legionensi, & in tractu Campestri, ad Carrionem fluviol. in limite Castellæ veteris, 4. leucis à Saldania in Meridiem, Palenciam versus 7. & 14. à Burgis in occas. Legionem versus 16.

el Carrion: V. Carrio. V. Nubis.

Carrodunum, oppid. Vindeliciæ, nunc est *Kraiburg*, oppidul. Bavariæ infer. ad Oenum fluv. 2. mil. Germ. supra Oetingam, Wasserburgum versus totidem, & 9. à Monachio in ortum Burchusiam versus.

Carro-

Carrodunum, oppid. Pannoniæ super. nunc *Kornburg*, oppidul. Stiriæ infer. ad Arrabonem flu. 3. mil. Germ. à confinio Hungariæ in occas. Græcium versus 6. à Rachel-burgo 2. in Sept. & 24. à Carnioburgo in ort. æstiv.

Carrodunum, urbs Lugiorum ad Vistulam fluv. nunc *Crakow*, Cracovia, urbs Poloniæ regia, ad Vistulam flu. intermeantem, à Vienna Urbe Austriæ 44. mil. Germ. in ort. æstivum totidem à Leopoli in occasum.

Carrodunum, urbs Sarmatiæ Europææ, nunc est Leopolis, *Luvow* incolis, *Lembourg* Germ. urbs Poloniæ, Russiæ rubræ & Palatinatus cognominis caput, juxta amnem *Polterw*.

Carrofum, *Charoux*, oppidul. in Pictavensi prov. ad Canentelum flov. 10. leucis à Pictavo in Meridiem.

Carse, urbs Armeniæ majoris, aliis Chorsa, *Cars* vulgò, urbs Armeniæ, prope fontes Euphratis inter Artaxatam ad ort. & Azirim ad occas.

Carseoli, oppid. fuit Æquorum in Latio, nunc *Civita Carentia* dicitur, ejus vestigia hodie uno milliari ultra diversorium vulgò dictum *del Cavagliere*.

Carsidava, oppid. Daciæ Alpestris, nunc tantum vicus *Kurima*, in Valachia propria versus Moldaviam.

Carsi. V. Calderus. V. Carstia. V. Japidia.

Carstia, dicitur sæpius Karstia. Vide ibi.

Carsula, urbs Umbriæ, aliis Carsuli olim Episcopalis, in via Flaminia, nunc castrum tenue *Casigliano* dictum, in Umbria, 6. mil. ab Amelia in Bor. Mevaniam versus 12. & 10. à Tuderto in ort. à Narnia 10. in Septentrionem.

Cartadulorum regio in Subsolanis Indorum montibus, ubi Satyri reperiuntur, tum quadrupedes, tum rectè currentes, humana facie, velocissimi, qui nisi senes, vel Aegri capiuntur.

Cartagena. V. Carthago nova.

Cartamitanum municipium, seu Cartamitanum, & Cartima, urbs Hisp. Bæt. vulgò *Cartsma*, oppid. regni Granatensis, in confinio Vandalitiæ propriæ, ad fluv. *Guadaliofe* 3. leucis à Malaca in occas. æstiv. versus montes Arundæ.

Cartaricon. V. Barbyssus.

Carteja, urbs Bastulorum in Hisp. Bæt. Cartheia aliis, Cartæa, & Cartha Colonia Libertinorum, ad fretum Herculeum, olim Olcadum caput, nunc *Algezira*, urbs Vandalitiæ, hodie excisa, ad ostia fluvii *Palmones* in fretum Herculeum, 2. leucis à Calpe in occasum Tarissam versus, prope Calpem, una leuca ab ea, & locus hodie *Torre di Cartagena* dicitur.

Cartennæ, oppid. Africæ in Mauritania Cæsariensi, nunc *Mostagan*, opp. regni Algerii, in ora littor. maris Mediter. ad ostia Cartenni fluvii, *Sedes* vulgo dicti, inter Arsenariam & Quizam, 17. leucis Hispan. distans ab Orano in ortum, Juliam Cæsaream versus.

il Cartero. V. Ceratus.

Diesta, & Distemium, *Diest* incolis, *Dist* Gal. oppid. in Brabantiæ Duc. ad Demeram fluv. sub Principe Auraico, in ditione tamen Hispanorum, in confinio ditionis Leodiensis, 2. leucis distat ab Arisrotio in ortum, uti quatuor à Lovanio.

Diethmellum. Vide Teutoburgium.

Dietia, *Dietz*, oppidul. in Weteravia tractu Circuli Rhenani, ad Loganum fluv. sub Comite Nassovio Dillenburgico, 4. mill. Germ. a Confluentiis in ortum.

Diesmaning. V. Bidaium.

Dietmersch. V. Dithmarsia.

Dietenhoffen. V. Theodonis villa V. Divodunum.

Dietrichsbern. V. Verona.

Dieuze. V. Duodeciacum. V. Decempagi.

Diganwy. V. Dictum.

Digentia, fluv. Sabinorum, nunc *il Rio del Sole*, in agro Reatino oriens, ac in Teberim fluens per Fabarim & Fanum Vacunæ.

Digione. V. Divio.

Digne. V Dinia.

Dijon, V. Divio. V. Divionum.

Dila, seu Dilis, portus Desuviatum in Gallia Narbonensi, nunc est *le port de Verdon* in Provincia, & in ora maritis Mediter. 5. leucis a Massilia in occasum, Maritimam versus 2.

Dillinga, *Dilinghen*, oppidul. in Suevia ad Danubium fluv. in ditione Episcopi Augustani, 4. mill. Germ. supra Donavertam in occas. Ulmam versus, 3. a Burgovia in Septentr.

* *Mart. Rulands*, sectiones 4. Aquarum Medicarum Dilingæ. Basileæ. 1568.

Genealogia Comitum Kybargeosium, & Dilingensium. Francf. 1606. pag. 397. & sparsim. Aug. Vindel. 1595. 4.

Dillenburgensis Comit. *das Graffschaft von Dillenburg* incolis, *le Comte de Dillenbourg* Gallis, tractus in Circulo Rhenano, & in Westervaldia, sub proprio Principe è gente Nassavia, terminatur ab ortu Hassia super. a Septentr. Westphaliæ Duc. ab occasu Sigenensi Comit. a Meridie Solmensi.

Dillenburgum, *Dillenburg*, oppidul. in Westervaldia prov. ad Dillam fluv. 5. mill. Germ. à Marpurgo in occas. 4. à Vetzlaria in Septentrionem.

Dima. V. Dyme.

Dimassus, mons Myconi ins. maris Ægei.

Dimel. V. Dimola.

Dimisat. V. Damiata.

Diminia. V. Onchestus.

Dimuriada. V. Demetrias.

Dimizana. V. Erymanthus, V. Phegea. V. Psophis.

Dimola, *Dimel*, fluv. limes Hassiæ & Westphaliæ, Eresburgum & Varburgum rigat, & in Viturgim haud procul Heristallo se effundit.

Dimotuc. V. Didymotbichos.

Dinantium, *Dinant*, oppid. in Britannia min. ad Rinctum fluv. 5. leucis à Maclovio poli in Meridiem.

Dinantum, & Dinandium, sive Dionantum, *Dinant*, oppidum in ditione Leodiensi, & tractu *Condretz*, ad Mosam fluv. 12. leucis a Leodio, 5. à Carolomontio in Septentr. 5. à Namurco in Meridiem.

Dinaretum, prom. Cypri ins. maximè orient. Clides etiam dictum & Carpasium, seu potius ejus pars ad Meridiem versa, nunc *il Capo di S. Andrea* dicitur, inter hoc & Acamantem ad occas. Cypri longitudo continetur.

Dinas-beli. V. Londinium.

Dinckelspiela, *Dinckelspiehl*, urbs in Suevia, & in Viragrundio tractu, ad Vernitium amn. Imperialis est & libera in limite Franconiæ, dicitur etiam Zeapolis, & Dunckelspula, 4. mill. à Nordlinga in Septentrionem.

Diodryme, urbs Macedoniæ.

Dindyma, mons Troadis sive Mysiæ, qui & Dindymus, & Cyzico urbi imminens, nunc *il Monte di Spinga* à nautis.

Dindyma, vel Didyma, mons Thessaliæ, in quo Magnetes populi habitarunt, ad Magnesiam promont.

Dindymus, mons Phrygiæ magnæ qui & Diodyma dicitur, & Adoreus.

Dingelfingen. V. Dingolvinga.

Dinglia, *Dingle*, urbec. Hiberniæ, in Momonia prov. & Comit. Kerryensi, onde & sinus adjacens, Dingliæ, *the Bay of Dingle*, in quem cadit Mangua fluvius, 7. mill. a Corcagia in occas. & 25. ab Ardato in Merid. distat.

Dingolvinga, *Dingelfing*, oppidul. in Bavaria infer. ad Isaram fluv. 4. mill. Germ. infra Landshutum in ort. & totidem à Straubinga in Meridiem.

Dinia, urbs Sontiorum in Gallia Narb. nunc *Digne*, urbs Provinciæ Episcopalis ad amn. *Bleonne* ad radices montium & in super. Provincia, 7. leucis distat a Segusterone in ort. hyb. uti à confinio Delphinatus, Sanitium versus 3. & 9. a Regio in Septentr. decem ab Ebroduno.

* *Boucheus*, in Histor. Provinciæ lib. 4. cap. 3. §. 2. & seq.

Petri Gassendi, notitia Ecclesiæ Diniensis. Paris, in 4. & in tomo 5. operum.

Hadr. Valesius, in notit. Galliæ.

Dinkelspihel. V. Dinchespila.

Dinogetia, urbs Moesiæ infer. seu Scythiæ infer. Dinogutia aliis, & Dinigultia, nunc est *Drimago* oppidulum Bulgariæ ad Istrum fluv. 90. m. p. ab ostiis Istri in occasum, Zuzidavam versus 25. sub Turc.

Dinocigriza. V. Tynissa.

Dinse. V. Deinsa. V. Donsa.

Dinslacum, *Dinslacken*, oppidul. in Ducatu Cliveni, prope Rhenum fluv. uno mill. Germ. ab Orsoa in ort. 3. à Vesalia in ortum hybernum.

Diocæsarea, urbs in Cappadocia mediter. versus Lycaoniam, Episcopalis, 50. mill. ab Iconio in ort. æstiv. 65. à Cæsarea in occasum, nunc *Tisaria* dicta.

Diocæsarea, urbs Ciliciæ Asperæ inter Aphrodisiam & Philadelphiam, Episcopalis, 20. mill. ab ora maris Mediter. in Septentr. 10. a Seleucia in occasum.

Diocæsarea, urbs Asiæ min. quæ & Ceretapa, in Phrygia Combusta, 50. mill. ab Apamea in Septentrionem.

Dioclea. Vide Doclea.

Diocletianopolis, urbs fuit Macedoniæ mediter. inter Edessam & Thessalonicam, fere in medio, ad 30. m. p. distans utrinque.

Diocletianopolis, quæ & Baschar, urbs Palæstinæ, Episcopalis, inter Hierosolymam ad Bor. & Hebron ad Austr. nunc in ruinis.

Dioclia, vel Docela, urbs Phrygiæ magnæ, Episcopalis, proxima Midaio, & Amorio.

Diod, V. Tiasum.

Diodori Insula, ins. Æthiopię, juxta fretum sinus Arabici, & intra sinum Arabicum, nunc *Babelmandel*, aliis est *la Isla de Primeira*, estque media inter Æthiopiam & Arabiam.

Diomedæa Insula. Vide Tremitus.


Diomedeæ, insulæ quatuor maris Adriat. Apuliæ adjacentes ante Garganum mont. nunc *l'Isole di Tremiti* dictæ, suntque in ora Capitanatæ provinciæ, tres sunt præcipuæ, nempe prima quæ Tremitus *Santa Maria di Tremiti*, cum cœnobio Canonicorum regularium Lateranensium & ejus pars ad occas. dicitur *Santo Nicola*, secunda est *San Domino*, tertia *la Caprara*, incolis caret, quarta additur, quę dicitur *il Creataccio*, seu potius est scopulus parvus, inter Tremitum, & *San Domino*.

* *Leandri Alberti*, Descriptio S. Mariæ Tremiti, nella Descrittione di tutta l'Italia.

Abrah. Ortelii, Græcia Major, & Diomedæę Insulæ. Antw. 1595.

Jo: Bapt. Pacichelli, de Insula Tremiti, in suo Itinerario Europæ parte 3. italicè.

Petri Pauli de Ribera, Chronica dell'



dell'Isola de Tremiti, Venet. 1666.

Hieron. M. Teutonicus, plura de dictis Insulis.

le Diois. V. Diensis ager.

Diomedis Templum, pagus Carnorum, in Italia, ad ortum Timavi fluvii, ab Aquileia 7. m. p. in ort. Tergeste versus, nunc *S. Giovanni*.

Diomedis Promont. vel Syrtis, locus Illirici, prope prom. peninsulæ Hyllidis, nunc *Planca*, Italis *Piança*, Slave *Plocea*.

Dion, prom. Cretæ ins. in ora Boreali nunc *la Punta della Fraschia*, aliis est *il Capo Sassoso*, maxime in Septentr. excurrit inter Matium ad ort. à quo distat 16. m. p. & Rithymnam ad occas. & 5. mill. à prom. *la Punta della Fraschia* in occas. æstivum.

Dionantum. Vide Dinantum.

Dionysa, ins. Græciæ, Ætoliæ adjacens.

Dionysia. Vide Caretha.

Dionysiades, insulæ tres Cretæ, inter Carpathum ins. ad ort. & Cretam ad occas. nunc vulgò dicuntur *Dionissades*, *Cazucai*. & *Panamadochea*, sub Turca.

Dionysias. Vide Donysa.

Dionysii Columnæ, locus Asiæ, ad Emodum montem.

Dionysiopolis, urbs Indiæ citer. quæ & Nagara, & Nysa, ad Indum fluv. inter illum & Cophen.

Dionysiopolis. Vide Fanum S. Dionysii.

Dionysiopolis, urbs Mœsiæ infer. Episcopalis, nunc *Varna* dicitur, Gallis *Varne*, urbs Bulgariæ regni ad Zyram fluv. *Varne*, qui paucis mill. infra in Pontum Euxinum labitur, paucis leucis distat a confinio Thraciæ in Septentr. 180. mil. a Byzantio, & 25. a Mesembria urbe Thraciæ extrema.

Diopolis, urbs Armeniæ min. prius Cabira, postea Augusta appellata.

Dioscoridis insula, in Africa, nunc *Zocotora* Lusitanis, *Socotare* Gal. ins. Africæ in mari Azanio, ubi desinit Æthiopicum, 100. mill. à prom. Aromatum in ort. extenditur in longum ad 80. mill. ejus latitudo est 26. m. p.

Dioscoros, insula parva magnæ Græciæ, nunc *Dioscori* dicta, in ora Calabriæ Ulterioris.

Dioscurias, urbs Colchidis marit. quæ & Sebastopolis, etiam Episcopalis, hodie *Savatopoli* dicta, ad ostia Coraxi fluvii in Mengrelia reg. & in limite Abasciorum populorum, ad intimum recessum Ponti Euxini, inter Phasianum mare & Caucaseum, 90. m. p. à Phaside urbe in Septentrionem.

Diospolis, oppid. Bithyniæ in ora litt. Ponti Euxini, juxta sinum Mariandinum, & prope Heracleam Ponti, 30. mill. ab ostiis Sangarii fluvii in ort. æstiv. nuncque *Cio* dicitur.

Diospolis, urbs Ægypti super. in Thebaide magna, ad Nilum fluv. inter Abydum & Tentyram ad Meridiem 10 mil. pass.

Diospolis, urbs Palæstinæ, quæ aliàs Lydda, Episcopalis, nunc S. Georgius vicus, distat 10. mil. à Joppe 10 ort. Hierosolymam versus 30.

* *Diospolitanum* Concilium sub Innocentio P. extat in edit. Concil. Paris. 1644. in T. 4. fol. 352.

Diostrenosia, fons mirus Andri ins. in templo Liberi patris, qui nonis Januarii semper saporem vini redolebat, si Plinio creditur.

Dion. V. Dium.

Diplociana. V. Jasonium.

Dipannos. V. Diporamum.

Dipotamum, castrum Asiæ min. in Phrygia, nunc *Mesanata*, & Turcicè *Dipnanos* dictum.

Dipson, fluv. Ciliciæ, ex Tauro monte in mare Cilicium fluens.

Dirce, fons, & fluv. Bœotiæ, Thebas alluens, ac in Ismenium fluv. influens.

Dircenna, fons Hispaniæ, ad Bibilim urb. in Salonem fluv. labens.

Dirchovia, & Czevum, *Tscezow* incolis, *Dirschow* Germ. oppidulum in Prussia Regia, ad fluv. Vistulam, 3. mil. Polon. à Mariæburgo in occas. & 6. à Gedano in Merid. Quibusdam est Dirsavia, & Dersnvin.

Disano. V. Risnno.

Dirschow. V Dirchovia.

Dispargum. Vide Duisburgum.

Dist. V. Scythæ. V. Dietta.

Distercius, mons Hisp. Tarrac. in tractu Autrigonum, & pars Idubedæ montis, ubi nunc *la Sierra de Tanguas*, & *la Sierra de Balbanera*, in Castella vet. versus Ruconiam prov.

Disthemium, dicitur sæpius Diesta. Vide ibi.

il Distreto di Messina. V. Messanensis districtus.

District. V. Petra Incisa.

Dithmarsia, *Ditmarsen* incolis, *la Ditmarse* Gallis, prov. in Holsatiæ Duc. & in ejus parte occid. terminatur à Septentr. Slesvicensi Duc. ab Oriente Holsatia propria, à Meridie Albis fluvii æstuario à Bremensi Duc. discernitur, & ab Occid. mari Germanico terminatur.

* *Petri Backel*, Tyiermarsiæ, Holsatiæ Regionis, extat ap. Ortelium in Theatro. Antw. 1595.

Chytreus de ea, in parte 1. Saxoniæ.

Christiani Cilicii Cimbri, Bellum Ditmarcycum à Friderico 2. &c. gestum libris 2. Francof. ad M. 1575. fol. & cum Alb. Crantzii Cronico Regionum Aquilonarium. Francof. 1583. fol.

Casp. Ens, Historia bellorum Ditmarsicorum Frider. 2. Francof. 1593. fol.

Henr. Giesenberti, Relatio Juris provincialis Ditmarsorum novissimi. Hamb. 1652. in 4.

Jo: Jac. Hofman in Lex. univ. & ejus contin. Lit. D.

Hier. Hosii, Dithmarsici belli gesti anno 1559. à Rege Daniæ &c. descriptio, extat in tomo 3. rerum Germanicarum Simonis Schardii pag. 46. & Basil. 1574. pag. 2002. & seorsim. Argent. 1574. 8. & 1569. 4.

Jo: Me-

Js. Meyeri, Tabula Ditmarsiæ anno 4559. & 1561. Amstel. ap. Jo. Blaeu. *Ejusdem* Ditmarsiæ pars australis, & Septentr. ibidem.

Tob. Pfannerus, in suo opere, de præcipuis Germaniæ Principum Gentibus, cap. 11.

Nicol. Reimerus, de Civitatibus Hanseaticis in Diibmarsia. Lips. 1563. in 4.

la Ditmarse. V. Dithmarsia.
Dittana. V. Dictamnum. V. Dictynna.
Dittaino. V. Cbrysas.
Diu. V. Dium.
Diva, fluv. Britanniæ alter. qui Dea aliis, nunc *Die* dictus, in Scotia Boreali, per Mariam Comit. in orr. labitur, & io mare Germanicum ad Aberdoniam urb. desinit, ubi alter fluvius Donus nomine etiam confluit.
Diva, *le Dive*, fluv. parvus in Normannia prov. in Algia tractu, in Septentr. tendens, Lexoviensem agrum à Bajocensi separat, & in mare Britannicum se exonerat 4. leucis à Cadomo in ortom.
Divana, legio xx. victrix. V. Devana.
Divanduræ, Vide insulæ Divanduræ.
Divandurum. V. Insulæ Divanduræ.
Dive. V. Dium. V. Diva.
Divertig. V. Seleucia ad Belum.
Diveto. V. Nauiocha.
Divio, & Divionum, urbs Lingonum in Gallia Celt. nunc *Dijon* incolis, *Digione* Italis, urbs Galliæ, Burgundiæ Ducatus caput, & Parlamenti sedes ad Oscarum fluv. ampla est cum castin antiquo munito, & circa annum salutis aao. condita, 14. leucis à Lingonibus in Merid. Lugdunum versus 36. & 14. etiam ab Augustoduno in ortum æstiv. à Dola 9. in occas.

☞ In ejus Basilica augustissima Hostia Sacra a Judæo cultro percusa, sanguine conspersa monstratur.

* *Belleforest*, lib. 5. cap. 69.

Guil. Brits in Ph. Aug.

Jo. Jac. Hofmau, in Lex. univ. V. Divio.

Innocentius III. libro 1. Epist. 4.17. 346. & 347. & in lib. 2. Epist. 186.

Js: Richardi, Antiquitates Divionenses, & de Statuis noviter inventis Divione in Collegio Grodaniorum. Parisiis. 1585. in 8.

Divionense Concilium sub Cœlestino 3. anno 1197. contra Philippum 2. Galliæ Regem ob repudiatam uxorem, extat in Collect. Concil. (Paris 1644.) in Tomo XXVIII. fol. 84.
Divisæ, *The Devises*, oppid. Angliæ in Viltonia prov. ad amn. cognominem, 15. m. p. à Bathonia in ortum, 2... à Bristolio, à Sarisburia ao. in Sept...
Divitense Munimentum, pagus Germaniæ infer. ac Tuitium, nunc *Duitz*, vicus Germaniæ ad Rhenum fluv. ex adverso Coloniæ Agrippinæ, in ditione Colnoiensi, in ipso limite Montensis Ducatus.

* *Ruperti Tuitiensis*, liber de incendio Tuitiensi, in quo corpus Domini eum à flamma circumfusa intactum remansit. Col. 1602. 1572.

Diul. V. Indus.
Dium, promont. in Cretæ ins. ora septentr. V. Dinn.
Dium, urbs Macedoniæ in Pieria prov. & in ora sinus Thermaici, ubi recipit Milim fluviolum, inter ostia Aliacmonis & Pharybi fluviorum, & nunc *Stadia* dicitur, 15. mill. à Pydna in Merid. ejus incolæ Dienses.
Dium, *Diu* Lusitania, *Diou* Gallis, urbs Asiæ parva & maritima, in colle, cum emporin, & arce in ins. parva regni Guzaratæ. 50. luc. à Surata in occas. ad fauces sinus Cambaiæ, in ditione Lusitanorum; vocatur ab indigenis *Dive*, & *Newlaca* etiam, olim forsan Barace dicta.



Diu Jnsula, ac civitas eiusdem nominis, in mari cambaiæ sola consideratione digna; vix a continente seiucta; ad quod ab ea fit transitus auxilio pontis lapidei mirifice extructi;

Divodurum. Vide Metæ.
Divona Cadurcorum. Vide Caducum.
Diur, fluv. Mauritaniæ Tingitanæ, aliis Vior, in mare Atlanticum se exonerans ad Montem Solis urbem, hodie *Teculet* incolis.
Dixmuda, *Dixmunde*, oppid. Belgii, io Comit. Flandriæ & in tractu terræ Francæ, ad Iperlam fluv. medium ferme inter Ipras & Ostendam, sub Hispania, 3. leucis à Novoportu in Merid. Ipras versus, in ipso limite ditionis Franciæ.
Dnester. V. *Nester*.
Dnieper. V. Bonysthenes. V. Danapri.
Doamus, *Deami*, Indiæ fluv. extra Gangem.
Dnara, *Doaro*, prov. Æthiopiæ super. alias sub dominio Abyssinorum, nunc Galarum.
Doaro. V. Doara.
Dobaroa? V. Baroa.
Dnbassa, *Dobaff*, prov. Æthiopiæ super. inter regna Tigre, Barnagassiam, & Agameam, in mediterraneis.
Dobecensis Comitatus, aliis Zabulcensis. Vide ibi.
Dobelen. V. Dublinum.
Doberanum, *Dobereiu*, castrum Germaniæ in Ducatu Megalopolitano, 2. mil. à Rostochio in occas.
Doberæ, pop. Thraciæ.
Dobersin. V. Doberanum.
Doberus, urbs Macedoniæ, aliis Deborus, intra montes versus Lychnidum lacum & Illyrici confinia.
Doblach. V. Agnotum.
Doblin. V. Dubliuium.
Dobredor. V. Halla.
Dobrinum, & Dubricinum, *Dobrziu*, oppidum Poloniæ, Dobrinensis terræ caput, in Masovia, scopulo impositum, ad Vistulam fluv. medium inter Ploscum & Uladislaviam.
Dobrinensis Terra, *le Territoire de Dobrziu*, tractus Poloniæ in Masovia prov. inter Prussiam, Vistulam fluv. & Palatin. Plocensem, sub qua aliquando comprehenditur.
Dobritza. Vide ibi.
Dobroicha. V. Epidaurus.
Dobruce. V. Dobrucia.
Dobrucenses Tartari, Vide Tartari Dobrucenses.
Dobrucia, *Dobruce*, & *Dobrugia*, prov. Bulgariæ versus ortum, ubi olim pars Mnesiæ inferioris & Scythiæ, sub clientela Turcarum, dicitur etiam Dobritza, hinc Dobrocenses campi ad Prowadiam urbem usque se extendentes.
Dobrugia. V. Dobrucia.
Dobrziu. V. Dobrunum.
Dobuni, populi Britanniæ maj. quorum termini erant ad ort. Catieuchlani, ad Septentr. Cornavii, ad occas. Silures, & Ad Merid. Belgæ & Atrebates, eranque versus Sabrinam fluv. & fontes Tamesis, eorum urbes fuere Clevum & Corinium, etiam Boduni dicti.

Duca-

Docæstelli. V. Lycastum.

Doccumum, *Dockum*, oppidul. Belgii uniti in Frisia prov. & in Ostergoa tractu, 4. leucis à Leovardia in Septentr. versus oram maris Germanici.

Docimi, V. Docimæum.

Docimæum, orbec. Phrygiæ magnæ, aliis Docimia & Docimum, Episcop. sub Archiep. Amoriensi, prope fontes Hermii & Sangarii fluvior. 35. m. p. à Synnada in occas. æstiv. & 24. ab Eucarpia in Septentr. ounc pagus, *Docimi*.

Docirava, urbs Daciæ, ounc est *Rana*, castrum super. Hungariæ, versus fontes Tibisci fluvii & Carpathos montes, aliis est *Zatmarbania*, oppidum Transsylvaniæ ad fluv. *Zeusch* versus montes, & in ipso limite Hungariæ in Zatmariensi Comit. 13. mil. German. à Claudiopoli in Septentr. Ranam versus 5.

Dockum. V. Doccumum.

Doclea, urbs Illyrici, aliis Dioclea, & Diocletianos in ora Dalmatiæ, cujus populi Docleates, quibusdam est *Cattaro* ad sinum Rhizonicum, nunc destructa jacet, & ejus rudera hodie etiam *Doclea* dicta, ad Morazam amnem in tractu *Zenta*.

Docna. V. Elaus.

Docono. V. Adulliton.

Dodone, urbs Græciæ in Epiro, & in Molossia regiuncula, Dodona etiam, juxta fluv. Dodonem, qui postea cadit in Acheloum, in confinio Thessaliæ & Thesprotiæ tractus, Episcopalis fuit postea, & 26. mil. distabat ab Ambraciæ confinio in ort. æstiv. nunc eversa, hinc populi Dodonæi, & nomen gentis Dodonæus & Dodonæus Poetis.

Doerne. V. Turninum.

Doesburg. V. Arx Drusiana. V. Doesburgum.

Doesburgum, seu Dusburgum, *Doesborck* incolis, *Dousbourg* Gallis, oppid. Belgii uniti in Gueldriæ Ducatu, & in Comitatu Zutphaniensi, ad Isalam fluv. 3. leucis ab Arenaco in ort. totidem à Zutphania in Merid. aliter Drusiburgum, & subest dominio Ordinum provinciarum unitarum Belgii.

Doffrafiel. V. *Doffrinus*.

Doffrinus. V. Sevo.

il Dogado. V. Venetus Ducatus.

Doggers banck, V. Canis Syrtis. V. Syrtis Cania.

la Doira. V. Duria.

Dol. V. Dolensis urbs. V. Dolo.

Dola, urbs aliàs Rhedonum in Gallia Celt. aliis Dolensis urbs, nunc *Dol*, orbs Britanniæ min. Episcop. sub Archiep. Turonensi. Neodunum veteribus, duobus leucis ab ora maris Britannici in Merid. Rhedones versus 12. à Macloviopoli 4. in ortum.

* *Argentræus* de ea, in hist. Britan. l. 3. c. 69.

Ang. Pas. in hist. Britan.

Dola, *Dole* incolis, *Dola* Italis & Hispanis, urbs Galliæ, Comitatus Burgundiæ caput, & Senatus prov. antea sedes cum Academia ad Dubim fluv. in confinio Ducatus Burgundiæ, suberat dominio Hispanorum, nunc Regi Franciæ subest, 9. leucis a Divione in ort. Vesontionem versus totidem, olim forsan Etulini dicta, & ab ea tractus adjacens vocatur Balliviatus Dolensis, *le Baillage de Dole* ab incolis.

* *Jo: Boyvin*, Obsessio urbis Dolæ, gallicè. Antuerp. 1638. 4.

Jo: Grivelli, Dolani Senatus Decisiones. Genevæ. 1660. fol. Antuv. 1662. fol.

Philip. Labbe S. J. notæ in Chronicon Dolensis Cœnobii. in Bituricorum prov. Incerti Auctoris. Paris. 1631. in 4.

Hadr. Valesius, in notit. Gal.

Steph. Willet, dissertatio de Ostento Dolano. Dolę. 1661. 4.

Dolapi. V. Parthenius.

Dolcigno. V Dulcigno.

Doleinda. V. *Dulcinda*.

Dole. V. Dola.

Dolicha, aliis Dulichium. V. ibi. It. urbs Syriæ in Comagene reg. al. Dolichena, ad Marsyam fluv. qui postea cadit in Euphratem, 20. m. p. à Zeugma in occas. hyb. Antiochiam versus 60. & 30. à Germanicia in ort. Episcopalis sub Archiep. Edesseno.

Doliche, oppid. Pelasgiotarum præcipuum in Macedoniæ regno, versus montes Cambuvios, in Thessaliæ confinio, prope Azorum & Pytheum, quæ tria oppida, cum sint proxima ad 10. milliaria, Tripolim faciunt, nunc *Techala*.

Dulichæ, etiam Macris, & Ichthyoessa, ins. maris Ægei, a Naxo 17. m. p. nunc *Nicaro*.

Dolichio. V. Dulichium.

Dulichiste, ins. parva Lyciæ, contra Chimæram montem.

Doliolum, tumulus Romæ ex testis vasorum confectus, nunc *il monte Testaccio*, prope portam S. Pauli & Tiberim fluv. ad radices montis Aventini.

Dolisch. V. Delicium.

het Dollaert. V. Dollartius.

le Dollars. V. Dollartius sinus.

Dollartius Sinus, *het Dollaert*, Belgis, *le Dollars* Gallis, pars Oceani Germanici, inter dominium Groningæ & Frisiam orientalem extensa, ad ostia Amalis fluvii, & prope Embdam urb.

Dollendorff. V. *Dollendorff*.

Doloncæ, pop. Thraciæ, circa Hebrum fluv. aliis Dolonci.

Dolopes, pop. Thessaliæ, in Epiro, quorum tractus Dolopia, *Onoblacha* nunc inter Peneum ad ort. & Acheloum ad Merid. Hinc Dolopeius nomen gentis.

Doltabadum, *Doltabad*, urbs penins. Indiæ intra Gangem, in regno Decano & in Balaguara, melius *Daulet-Abad*, ampla sub dominio Magni Mogolis & 150. m. p. à Visapora in ort. æstiv.

Domazliza, *Domazlize* incolis, *Taus* Germanis, oppidul. Bohemiæ in circulo Pilsnensi, ad amn. *Cadbrux*, in confinio Bavariæ Ducatus & Norgoviæ, 5. mil. Germanicis à Plisna in Meridiem, Cambum versus 4.

Dombæ, seu Dombarum tractus, *le pais de Dombes*, regiuncula Galliæ, pro majori parte à Bressia prov. circumdata, sed ab Occidente Arari flu. à Bellojoviensi prov. separatur, est inter Matisconem ad Septentr. & Lugdunum ad Merid. Principatus titulo insignita, & proprio Domino subest e domo Borbonia, ejus caput est Trevoltium *Trevoux*, 4. leucis supra Lugdunum in Septentr. hinc Dombæ populi, *les Dombistes* vulgò.

* *Mart. Zeillerus*, præcipua oppida, & loca provinciæ Dombisiæ exhibet in 4. parte suæ Topographię Galliæ editæ Francof. 1655. in fol.

Tabula ;la Souveraineté de Dombes. Amst. apud Gul. & Jo. Blaeu.

La Principauté de Dombes, apud Jo: Jansonium.

la Dombe. V. Domba.

Domeriopolis, seu Domitiopolis, urbs Asiæ min. in Isauria, quæ & Titopolis, Episcop. sub Archiep. Seleuciensi, in Ciliciæ asperæ confinio, ounc oppidulum *Domezopoli*.

Domezopoli. V. Domitiopolis.

Domfront. V. Damfrons. V. Domfrontium.

Dominæ, *Dueñas*, oppidul. Hispaniæ in regno Legionis, ad Pisoracam flu. & in confinio Castellæ veteris, sex leucis a Vallisoleto in Septentr. Palentiam versus 3. ad radices collis, olim Eldana dictum, uti postea *Donans*.

Dominica, *la Dominique*, ins. Americæ septentr. una ex Antillis, sub potestate Caribarum, Circuitus est 20. leucarum, sita est inter Guadalupiam ad Septentr. & Martinicam ad Merid. à qua 8. leucis.

Dominicopolis, sæpius Calceata. V. ibi.

Dominicopolis, sive S. Dominici civitas, *S. Domingo* incolis, *S. Domingue* Gallis, urbs Americæ sept. in Hispaniola ins. Archiepiscopalis in parte meridionali insulæ; cum portu arce, Academia, & supremo tribunali *la Audiençia Real* dicto, ad ostium fluv. *Ozama*; subest Hispanis.

* *Jo. Franc. de Cuenca*, ex S. Dominici Insulæ, vulgò dictæ *Española*, Regiæ Cancellariæ Decisionibus Excubationes semiceorum. Mexici. 1667. in 4.

il Dominio Veneto. V. Veneta ditio.

Dominique. V. Dominica.

Domitiana Via, in Italia & in Campania, à via Appia ad Casilinum incipiens, inter Vulturnum fluv. & Puteolos per Linternum 20. mil. p. extensa.

Domitium, *Domitz*, oppid. Germaniæ, in Ducatu Megalopolitano, ad Albim fluv. ubi recipit Eldam amnem, in ditione Ducis à Suverino, uno mil. germanico à Danneberga, & 8. supra Lavemburgum in ortum.

Domitz. V. Domitium.

Domnissen. V. Dumnissus. V. Dumnitonus.

Domo d'Oscela. V. Oscella.

Domochi. V. Domonicum. V. Domacus.

Domocus, & Demonicus, orbs Thessaliæ, Episcop. sub Archiep. Larissæo Lormiæ urbi & Pharsalo finitima, nunc *Domochi* dicitur.

Domonaga. V. Pyrrha.

Domme. V. Mons Domæ.

Dompnum Martinum, *Dampmartin*, oppidul. Galliæ in prov. Insulæ Franciæ, & in Francia propria, in tractu Goella dicto, in colle, 7. leucis à Lutetia Parisiorum in Septentr. Suessiones versus, & 4. a Meldis in occasum.

Dom Remyla pucelle. V. Damnum Remigii.

Domus, *Maisons*, vicus Galliæ in prov. Insulæ Franciæ, ad Sequanam fluv.

al, Man-

al. Manſiones, habetque caſtrum ſplendidum recens excitatum Lungolilæ gentis, prope Layam ſylvam, 4. leucis à Pariſiis in occaſ. æſtivum.

Domus Frontanis, Domfrontium etiam Vide ibi.

le Don. V. Tanais.

Donans. V. Dominæ.

Donaſtien. V. Sebaſtianopolis: V. Fanum S. Sebaſtiani.

il Donato. V. Iſaurus.

Donaverda, *Donawere*, urbs Germaniæ in Svevia, ad Danubium fluv. ubi recipit Vernitium, in ipſo limite Bavariæ & Ducatus Neoburgenſis, ſubeſtque nunc Duci Bavariæ, 7. mil. germ. ab Auguſta in Sept. totidem ab Ingolſtadio in occaſum.

Anonymi, Donawerdiſche Relation / das iſt / gründlicher Bericht und beſtändige Erzehlung / Was ſich eine Zeithero bey der Stadt Donawerd zugetragen; Im Jahr 1610. in 4.

Der Stadt Donawerth rechtmäſſige Verantwortung Wider D. Georg am Walde / und M. Jo: Wielonds ausgegongene Famos-Schriften. Franckf. 1503. in 4.

Beſtändige Informatio Facti et Juris / wie es mit den am Käys. Hof wider des H. Reichs Stadt Donawerd ausgegangenen Proceſſen beſchoffen ſey / der Donawerdiſchen Relation entgegen geſezet Im Jahr. 1611. in 4.

Nothwendige Erinnerung / was bey der Donawerdiſchen Relation in acht zu nehmen ſeq. Ingolſt. 1613. in 4.

Fürſt Chriſtian von Anhalt Commiſſion und Fürtrag an Käys. Rudolph. II in den Donawerdiſchen Sachen Ann. 1609. extat in parte 1. Actorum Lundorpii fol 53.

Kays. Mai. Reſolution / auf Fürſt Chriſtian von Anhalt Propoſition / ibid.

Copey der Churf / und Stände des Schreibens an Kays. Maj. Wegen Donawert. ibidem.

die Donaw. V. Danubius. V. Iſter.

Donawert. V. Donavertia. V. Vertia.

Doncanonium, *Dontcanon*, ſeu *Dunkanon*, caſtrum Hiberniæ, in Lagenia prov. & Comit. Vexfordienſi, infra Svirii & Byrgi confluentes, 6. mil. à Waterfordia in ortum.

Doncaſtre. V. Devana. V. Deunana. V. Danum.

Doncherca. V. Dunquerca.

Doncheriacum, *Donchery*, oppid. Galliæ in Campania provincia & Retelenſi tractu, ad Moſam fluv. in confinio Ducatus Luxemburgici, una leuca à Sedano in ortum, Macerias verſus 4.

Anonymi, La Souveraineté de Sedan & de Raucourt & la Prevoſté de Doncheri. Amſtel. apud Henr. Hondium, Guil. Blaeu, & Jo: Janſonium.

Donchery. V. Doncheriacum.

Donciacenſis Tractus, *le Donziois*, regiuncula Galliæ in Nivernenſi prov. verſus Ligerim flav. & in confinio Puſæenſis tractus.

Donciacum, *Donzy*, oppid. galliæ in Nivernenſi provincia infer. ad amnem *Noaym*, Donciacenſis tractus caput, 9. leucis à Nivernis in Septentr. & 3. à Ligeri fluv. & à Conada oppido in ortum, Donziacum aliis.

Done. V. Daona.

Donecz Seversky. V. Tanais minor

Doneſchingen. V. Eſcbingiacus.

Dongo. V. Dongum.

Dongum, *Dongo*, oppid. Aſiæ in Japonia reg. in Xicoca ins. in ora littor. Regni *Iyo*, ex adverſo Niphoniæ regionis.

Dongum Regnum, *le Royaume de Dongo*, regnum Africæ in Æthiopia exter. verſus regnum Angolæ.

Donluſa, *Danloce*, caſtrum Hiberniæ, in parte ſept. Ultoniæ prov. & in Antrimenſi Comit. in rupe, ad oram littoralem, ad oſtia amnis *Boyeſſ*.

Donnerberg. V. Taunus.

Donoſtien. V. Fanum S. Sebaſtiani.

Donquerque. V. Dunquerca.

Donſa, *Deinſe*, oppidul. Belgii in Comitatu Flandriæ ad Legiam fluv. ab aliis Deinſa, eſtque in Cortetiacenſi agro, ſub Hiſpanis a. leucis à Gandavo in occaſ. Cortracum verſus.

Donsberg. V. Taunus.

Donnelle. V. Doucona. V. Deuconæ.

Donum Dei, *Dundée*, urbs Scotiæ Borealis, in Anguſia prov. ad Tavi æſtuarium, 8. mil. ab Andreapoli in Sept. & 12. à Perthia in ori. olim Alectum, Taodunum aliis.

Donuſſa. V. Donyſſa.

Donyſa, ins. parva maris Ægæi, inter Icariam & Gyarum, aliis Donyſſa, Donuſa, *Donuſſa* etiam vulgò.

Donzere. V. Durion,

le Donzyois. V. Donciacenſis tractus.

Donzy. V. Donciacum.

Dora, ſeu *Dor*, oppidum Palæſtinæ Hebræis, aliis Doros, olim in parte Tribus Manaſſe cis Jordanem, poſtea in Samaria reg. in ora littor. ad montis Carmeli radices, Epiſcopal. ſub Archiep. Cæſarienſi, 5. mil. à Cæſarea in Sept. Ptolemaidem verſus 22. etiam *Aſſur* dictum & in vicum redactum.

Dora. V. Duroſtorus. V. Duroſtolon.

le Dorat. V. Oratorium.

Dorcades aliis Gorgones & Gorgades. Vide ibi.

Dorceſtria, *Dorcheſter* incolis, *Dorcheſtre* Gallis, urbs Angliæ, olim Durnovaria, Dorſetiæ prov. Angliæ occident. primaria, ad fluv. Vatum *Frome*, 5. mil. diſtans ab ora maris Britannici in boream, Fontes verſus 33. ab Exonia vero 44. in ortum, Vintoniam verſus 55. & Vectim ins. 37. circiter.


Dorceſtria, *Dorceſter*, urbs aliàs, nunc vicus Angliæ, in Oxoniæ Comit. 9. mil. ab Oxonio in Merid. & totidem à Readingo in Sept. 2. mill. ſupra Callevam Attrebatum, olim Doreia dicta & Dorkeceſtria, eſt ad confluentiam Iſis & Tamæ fluvior. qui ſimul uniti Tameſim conficiunt.

Dorcheſter. V. Dorceſtria.

Dordincum, à recentioribus Durdanum. Vide ibi.

la Dordogne. V. Dordonia. V. Duranus.

Dordracum, *Dort*, etiam *Dordrecht*, urbs Belgii uniti, Hollandiæ Comitatus primaria, & inſula effecta aquarum inundatione anno 1421. Emporium eſt celebre in Hollandia merid. ad oſtia Moſæ, 7. leucis à Lugduno



Bata-

Batavorum in Merid. Bredam versus 5. & 3. à Roterodamo in ortum.

* *Jac. Altingii*, Synodi Dordracenæ Doctrioa de Sabbatho explicata. Gröning. 1671. io 12.

Guil. Amesii, Aoti-Synodalis, seu animadverlinnes in dogmata, quæ Remonstrantes in Synodo Dordiacena exhibuerunt. Amstel. 1633. io 4.

Matthæi Jo: Balen, descriptio Civitatis Dordiacensis, belgicè. Dordrecht. 1678. io 4.

Laur. Beyerlinck, tractatus Synodicus ad Synodum Dordracensem, de Synodorum institutione, usu, caussis, firmitate & auctoritate. Antuer. 1619. in 8.

Lamberti van den Bor, Arcadia Dordrechtensis nova, & vetera accidentia complectens, belgicè. Dordracht. 1662. in 12.

Lud. de Castro ord. min. Anti synodica Conventiculorum Ultrajecti & Dordiaci annis 1618. & 1619. Leodii. 1619. in 8.

Joh: Dallæi, Vlodiciæ Apologiæ pro duabus Synodis Natiooalibus. Amstel. 1657. io 8.

Claudii Dansqueii, Ascia Conciliaboli Dordraceni. Regiaci Atrebatum. 1629. io 8.

Io: Donneri, Christliche Betrachtung etlicher / zwischen den Lutherischen und Calvinischen streitigen Religions-Fragen / gezagen aus dem zu Dordrecht gehaltenem Synodo.

Lud. Gnicciardinns describit Dordracum, & ponit ejus figuram, de region. Belgii. Franekf. 1620. io 4.

Jo: Jac. Hofman, io Lexico univ. V. Dordracum.

Herm. Hugonis S. I. de vera Fide capesseoda, & ad Neo / Evangelicam Synodum Dordracenam, Lib. II. Antu. 1619. in 8.

Jacobi Leydeckeri, dignitas Synodi Dordracenæ evicta, & à G. Brantii in historia teformationis criminationibus vindicata, belgicè pars 1. Amst. 1705. io 4. & 2. ibid. 1707. in 4. de quo opere in Act. Lips. anni 1708. io Septembri.

Joh. Malderi, Aoti-Synodica, seo animadversiones in Decteta Synodi Nationalis Dordracenæ, Antwee, 1620. in 8.

Balth. Mentzeri, Disputatiooes 5. de Doctrina Dordrechtanæ Synodi. Giessæ. 1621. in 4.

Dav. Parei, de Synodo Nationali Dordracena Oratio. Heidelb. 1619. iu fol.

Flor. Roemundus recenset Acta Dordracenæ Synodi, in Historia Hæresium Memorabili, libro 9.

Maximil. Sandæi S. I. liber considerationum 27. de Synodi Doidrechtanæ io Hollandia celebratæ emolumentis ad Fidem Cathnlicam stabiliendam. Herbipoli. 1620. io 8.

Dan. Tileni, The Doctrine of the Synode of Dort and Alæ reduced to practice in 4.

Thomæ Weinrichii, exameo sententiæ Synodi Dordracenæ, de absoluto Prædestinationis Decreto, Lips. 1624. in 4.

Anonymi, Dordraci Tabula ap. Henr. Hoqdium.

Judicium Synndi Nationalis Refnrmatarum Ecclesiarum habitæ Dordrechti anno 1618. & 1619. Francof. ad Moen. 1619. in 8. & gallicè. Dordr. 1619. io 8.

Acta Syoodi Nationalis Dordrectensis habitæ anno 1619. Antuerp. 1619. in 4. Dordrecht. 1620. in 4. & fol. Hanov. 1620. in 4. 1618., & 1619. Lugd. Bat. 1620. io fol. & Belgicè Dordr. 1624. in 4. Amstelod. 1668. in 4.

Acta Synodalia Dordracena Ministrorum Remonstrantium in fœderato Belgio. Herdee / Uyci. 1620. in fol.

Caoones editi in Synodo Dordracena anno 1618., & 1619. Gron. 1645. in 8. pag. 189.

The Names of the Persons assembled iu the Synode of Dort. anglicè. London. 1618. in 4.

Korte Historie vao het Synode vao Dordrecht. Goude 1671. io 12.

Apologie pour le Synode de Dordrecht, ou Refutatioo du Liure intitulée (l'Impiete de la Morale des Calviolstes) Genev. 1679. in 8.

Census uod Historia des Dordrechtischen Synodi verdeutscht, durch Hartnacim. Zeita. 1672. io 12.

Considerations sur le Formulaire du Serment dressé au Synode de Alez touchaot les Canons du Synode de Dordrecht. io 8.

Judgement of the Synode of Dordr. conc. thes Articles, and their Seotence conc. Conr. Vorstius, and his Doctrine io the year 1618. Lond. 1619. in 4. & Latioè Dordr. 1619. in 8. Heidelb. 1619. io 8. Hagæ Com. 1619. in 8.

Synodi Dordracenæ, & eorum qui præfuerunt in Belgio Remonstrantes, quos vocant Crudelis Iniquitatis, Expositiones prohibentur, sicuti ipsa Synodus, & alii qui pro ipsa scripserunt.

Vide infra. V. Hollandia.

Dordomana, Parthiæ regionis urbs, *Doizer* hodie, & *Rezer* Persis.

Dordnnia. Vide Duranus.

Dordrecht. V. *Dort*.

Dores, populi fuere Asiæ min. in Caria, quorum regio Doris.

Dorgomanes, fluv. Bactriannrum, aliis Dargomanes, & Orgomanes, ex Paropamiso moote profluens, Ochoque congrediens, nunc *Obengir* dictus.

Dorgwin. V. Derveotia.

la Doria. V. *Doira*.

Dorion, oppid. fuit Magnesiæ, in Thessalia.

Doris, regio Achaiæ in Græcia & in mediter. cujus termioi erant ad Sept. Thessalia, ad Orient. Locri Epicnemidii & Phocis, ad Merid. Locri Ozolæ, & ad Occid. Epirus, dicta fuit etiam Tetrapolis, nunc in eo tractu pars est superior Livadiæ, sub Turcis.

Doris, regio Asiæ min. in Caria, & in ora littorali ad occas. io modum penins. extensa, inter mare Ægeum & mare Rhodium, Hinc Dorii & Dorienses Herodoto.

Doriscum, locus vel præfectura Thraciæ in ora, Doriscus campus aliis, ad Hebrum fluv. inter Cypsellam urbem & ostia, Serrio monti proximus.

Doriscum, prom. Græciæ in Attica regione, circa Sunium, à Piræo 37 mil. p. distans.

Dorius. Vide Durius. *Item* fluv. Indiæ extra Gangem.

Dormans. V. Dormanum.

Dormanum, *Dormans*, oppidul. galliæ in Campania provincia, ad Matronam fluv. 4. leucis supra Castrum Theodorici in ortum, Sparnacum versus sex.

Dormmagen. V. *Durmagen*.

Dorn. V. Torna.

Dornford. V. Durobrivæ.

Dornick. V. Tornacum.

Dorno. V. Durii.

Dorneck. V. Duroduoum. V. Dornocum.

Dornocum, *Dorneck*, urbs Scotiæ sept. in Sutherlandia prov. cum porto ad æstuarium cognomine, melius Dunrodunum. Vide ibi.

Dornster. V. Tatoduaum.

Dorosto. V. Dorostorum.

Doroston. V. Bisanthe.

Dnrostorus. Vide Durostolon.

Dorovernum. Vide Darvernum.

Dorsetia, *the Dorsetshire* incolis, *le Comté de Dorset* gallis, prov. Angliæ regni in ejus parte occid. terminatur à Sept. Somersetia & Viltonia provinciis, ab Oriente Hantonia, & ab Occid. Devonia, à Merid. mari Britannico.

Dorsetshire men. V. Durotriges.

Dorsta, *Dorsten* incolis, *Dorste* Gallis, urbs Germaniæ, in Westphalia prov. ad Luppiam fluv. in Reclinchusia tractu & in ditione Archiepiscopi Electoris Colontensis, in confinio Diœcesis Monasteriensis & Ducatus Cliveusis, 3. mil. germ. à Vesalia io ortum.

Dort. V. Dordracum.

Dortaire. V. Dor. V. Dora.

Dortmund. V. Tremonia. V. Trotmaoia.

Dorylejum, urbs Asiæ min. in Phrygia magna, aliis Doryleum, Dorylæum & Dorylaum, Episcop. sub Archiepiscopo Synnadensi, prope fontes Ascanii fluvii, in confinio Bithyniæ, & inter Agrillium & Midajum, nunc *Tzadurile* dicta.

Dosle. V. Dole.

Dotes. V. Data. V. Tata. V. Deodatum. V. Dotis.

Dotham, דתין, Hebr. oppid. fuit Palæstinæ, antea io Tribu Zabulon, postea vicus Galilææ, 5. mil. à Bethulia io Sept. 25. à Samaria, & 12. à mari Tiberiadis in occasum.

Dotis, melius Deodatum & Theodata. Vide Deodatum.


Dovæum, seu Duæum, *Doné*, oppid. galliæ, in Andegavensi prov. trans Ligerim fluv. 4. leucis à Salmurio in Austr. & 7. ab Andegavo io ortum hyb. & 5. à Lodunn prope amnem *Layon*, in eo theatrum 1600. pedum in ☞ circuitu sed in eam formam constructum est, ut ultra 15000. hominum sine ulla molestia mutua spectaculis vacare queant.

Dovarnena, *Dovarnenes*, oppid. galliæ in infer. Britannia, in Cornubia tracto versus oceal. à quo sinus adjacens dicitur *la Baye de Dovarnenes*, cum portu, 4. leucis à Corisopito in occas. æstiv. versus Gobæum prom. à quo 9. leucis distat.

Drvarnenet. V. Dovarnena.
Doué. V. Dovæum. V. Theodurdum.
Doveona, seu Deveona, urbs Galliæ Aquitanicæ in Cadurcis, Divona Cadurcorum aliis, nunc *Caors*, urbs Galliæ Episcop. sub Archiep. Albigensi, dicta etiam Diolindum ab Olindo fluvio, seu Olda, cui insidet. Vide Cadurcum.
Dover. V. Dubris.
la Dovine. V. Duina.
Doul. V. *Dol*.
Doulas. V. Daoulasium.
Doulens. V. Dulendium.
Dounaverthy. V. Dunovertiam.
le Dounesan. V. Danesanus tractus.
Dororia. Vide Dubris.
Dourdan. V. Durdanum.
Dourlach. V. Durlacum.
Douro. V. Durius.
Dousbourg. V. Doesburgum.
Douve. V. Dove. V. Doveona.
Down. V. Dunum.
Douvres. V. Dubris. V. Dovoria.
Dowcanon. V. Doncaoonium.
le Doux. V. Alvadubis. V. Dubis.
Douy. V. Devus.
Douzy. V. Duziacum.
Doyre. V. Durion.
Draburg. V. Dravoburgum.
Drabus, aliis Dravus. Vide ibi.
Drac-Denghiz. V. Mare Albaniæ.
Dracenum. Vide Draguignanum.
Drachonus, seu Drahonus, amnis parvus Galliæ Belgicæ, Dracon aliis, nunc est *Traen*, amnis agri Trevirensis, qui in Mosellam fluvium se exonerat juxta castrum Noviomagum, *Numagen*, 3. mil. germ. infra Treviros.
Drachonus, fluv. germaniæ in Austria, cum oppido cognomine, *Draun* vulgò.
Drachenfeld. V. Caracatium.
Draco. V. *Drago*.
Draco, fluv. parvus Italiæ in Campania, ex Vesuvio monte ortus, nunc *il Dragone*, qui in Sarnum cadit.
Dracon. Vide Orontes.
Draconata, urbs fuit parva regni Neapolitani in provincia Capitanata, Episcop. sub Archiep. Beneventano, nunc excisa, & tenuis vicus *Dragonara*, versus montes in dicta prov. 10. mil. à Lesina in Merid. Vulturariam versus 8. & 7. à Fano S. Severi in occas. versus Frentonem fluv. nunc ad ruralem Archipresbyteratum redacta.
* *Ferd. Ughellus*, de ejus Episcopis, in Italia Sac. T. VIII.
Draconon, oppidum & mons Icariæ insulæ, aliis est insula maris Ægæi, deserta.
Dracontius, Insula parva Africæ in mari Mediterr. aliis Draconteus, sive Dracunteus, nunc *la Galita* dicta, 25. mill. ab ora regni Tunetani in Septentr. & 30. à Thabraca insula, ejus circuitus est 10. milliarium.
Dracuina, oppid. Rhætiæ in Vindelicia, nunc *Ehingen*, oppidul. Sueviæ in Germania, ad Danubium fluvium, seu vicus in suburbiis ex altera parte Danubii, in confinio Ducatus Virtembergensis, 3. mill. Germ. supra Ulmam in occas. hybern. Buchoviam versus totidem.
Dragamesta. V. Oeniadæ.
Dragsmutina, Slavorum urbs in Germania, nunc *Travemund*, Arx est Germaniæ in Hol-Satia & in Vagria tractu, ubi Trava fluvius in mare Balticum se exonerat, in confinio Ducatus Megalopolitani, 2. mill. Germ. à Lubeca in ortum, & ibi fuit olim Treva oppidum.
Draganti. V. Erlinoe.
Dragemel. V. Adrantis.
il Drago. V. Acragas. V. Agragas.
la Dragonara. V. Draconara.
il Dragone. V. Dracon.
la Dragonera. V. Colubraria.
Draguinianum, sive etiam Dracenum, *Draguignan*, urbs Galliæ in Provincia versus montes, 5. leucis à Foro Julio in occasum, 7. ab ora maris Mediterr. in Septentr. uti à Fano S. Torpetis.
Drama, urbs Thraciæ, in Macedoniæ confinio, prius Episcopalis sub Archiepiscopo Philippensi, postea metropolis, prope Philippos & Christopolim, haud procul à Strymone fluvio.
Dranga, populi Asiæ, quorum regio Drangiana dicitur.
Drangiana, regio Asiæ in Imperio Persarum, & pars ampla Ariæ regionis ab ortu in occas. extensa, inter Ariam propriam & Arachosiam ad Septentrionem, & Carmaniam Gedrosiamque ad Meridiem, nunc *Sitsistan* dicitur, sub Rege Persarum.
* *Tabula Ptolemaica* Asiæ IX. complectens Ariam, Drangianam, &c.
Drangubitæ, populi Slavi versus Russiam.
Drasas. V. Teutoburgium.
la Drava. V. *die Draw*.
Dravaniza. V. Vistula.
la Drave. V. Dravus.
Dravemond. V. Travemund.
la Dravenna. V. Chalusus. V. Treva.
Draun. V. Drachonus. V. Duras. V. Draconia.
Draunsèe. V. Felicis lacus.
Dravoburgum, *Draburg*, oppid. Germaniæ, in Carinthia infer. ad Dravum fluvium, in confinio Stiriæ, 10. mill. Germanicis à Labaco in Septentrionem.
Drausenus, *Drausen*, lacus Poloniæ, in Prussia regia, prope Elbingam urbem, & 3. mill. polonicis à Mariæburgo in ortum, Sorgam amnem recipit, & in sinum *Frische Haff* se exonerat.
Drausi, seu Thrausi, populi Thraciæ quos Herodotus libro 5. filios primum editos vehementer flere, morientes verò cum gaudio sepelire, refert.
die Draw. V. Dravus.
Dravus, fluv. Norici, & Pannoniæ, aliis Draus, Drabus, & Darus, *die Draw* Germanis, *Travà* Hungaris, *le Drave* Gallis, *la Drava* Italis, fluv. Germaniæ, fontes habet in Alpibus Carnicis in Comitatu Tirolis, juxta castrum *Innichen* dictum, & in confinio ditionis Salisburgensis in Danubium se exonerat ad Deutoburgium nunc *Erdwdy* dictum.
Drazas. V. Teutoburgium.
Drazzo. V. Epidamnus.
Drazzi. V. Dyrrachium. V. Epidamnus.
Drechshausen. V. Traiana legio.
Dreckfurdt. V. Triüphurbam.
Dreissenium. Vide Driesa.
Drentia, *the Drent* incolis, *la Drente* Gallis, tractus Belgii uniti, & una ex tribus partibus Transisalanæ prov. magis ad Septentr. protensa, terminatur à Septentr. Groningensi dominio, ab ortu Diœcesi Monasteriensi, ab occasu Frisia, & a Meridie Salandia tractu, ordinibus provinciarum Belgii unitis subest.
* *Jo: Pickerat*, Korte Beschryvinge van ennige Antiquitäten der Provinzin en Landen / gelegen tüschen de Nordzee / de Yssel / Emse en Lippe ; waer by gevoeght zyn Annales Drenthiæ. Amsterdam. 1660. 4.
Corn. Pynacker J. C. Delineatio Comitatus Drentiæ. Amstelod. apud Jo: Blaeu, item ap. Henr. Hood. item ap. Jo: Jansonium.
Drepali. V. Cœnophrurium.
Drepanæ, insulæ duæ parvæ maris Ægæi, prope Lebinthum insulam.
Drepanum, promontorium Africæ, in Cyrenaica regione, in Africæ propriæ confinio ad Syrtim Magnam, & prope Automalam oppidum, nunc *la Punta di Sabia*.
Drepanum, promontor. Cretæ insulæ, in ejus ora Boreali, inter Amphimalim sinum ad Orientem, & Cydoniam ad occas. nunc *la Punta di Drapano* dicitur, est in territorio Cydoniæ, 8. leucis Gallicis à Cydonia in ortum Rhytimnum versus.
Drepanum, urbs Asiæ minoris in Bithynia, ad Nicomediæ sinum, Episcopalis, sub Archiepiscopo Nicomediensi, prope Nicomediam in occas. & 55. à Nicæa in occas. hybernum.

Drepa-

Drepanum, urbs Siciliæ, hodie *Trapani* incolis, *Trapana* Hispanis, urbs & emporium Siciliæ insulæ in Valle mazaræ, in ora magis ad Occid. extensa cum portu, ei adjacet insula exigua, seu scopulus extremo urbis in mare excursui ab Austro objectus, etiamnum vulgò *la Columbara* dictus, in quo arx munita, 15. mill. distat à Lilybæo promontor. in Septentr. 22. à Mazara, à Panormo 55. in occas. hybern. est prope radices montis E-



ryci s vulgò, *Trapani vecchio* ab accolis, Corallium ibi optimum piscatur.

* *Vinc. Coronelli* ejus figur. in Teatro delle Città, p. 3.

Drepanum promontor. Cypri insulæ, in ora occid. ubi ad Merid. vergit, prope Paphum, nunc *il Capo Bianco.*

Drepsa, urbs Sogdianæ reg. primaria, aliis Darapsa, & Panda, nunc *Mergian.*

Dresda, *Dresden* incolis, *Dresde* Gallis, *Dresda* Italis, urbs Germaniæ in Saxoniæ superioris circulo, & in Misnia prov. ampla, ad Albim fluv. à quo in duas partes secatur, & quæ trans fluvium est, *Alt Dresden* dicitur, arcem habens munitissimam & armamentarium amplum, 25. mill. Germanicis à continin Bohemiæ in Septentrionem, 17. à Praga, Vitteborgam versus 15., 3. à Misna in ort. 12. à Lipsia & 22. à Berolino, subest Electori Saxoniæ.

* *Jos Jacob. Hofman* in Cont. Lex. univ. V. Dresda.

Lætus, in compendio Historiæ Univers.

Jas Nevii, Medicamenta contra Pestem pro Republica Dresdensi; extant in *Dan. Sennerti* libro de Febribus.

Dav. Ott. Schureri, Chronicon Dresdense M. S.S.

Tob. Simonis, Oratio de Dresda. Dresdæ. 1622. 4.

de Thou, hist. lib. 34. & seqq.

Ant. VVecken, Brefchreib und Vorstellung der Churf. Sächs. Residenz und Haupt-Festung Dresden. Nürnb. 1679. fol.

Dreux. V. Drocum. V. Durocasses.

Driesa, *Driesen*, oppid. Germaniæ in nova Marchia Brandeburgica, aliis Dreissenium, ad Netium fluvium in confinio Poloniæ regni, & 5. mill. Germ. à Landsperga in ortum, 10. à Custrino, sub Electore Brandeburgico.

Driesen. Vide Drissenium. V. Driesa.

Drillæ, populi Cappadociæ, in ora maris Euxini, inter Trapezuntios & Colchos, Macronibus finitimi, qui Sanni aliis.

Drillo. V. Achates.

Drilo. V. Phthinteia.

Drilo, fluv. Illyrici, nunc *il Drino* dictus, aliis Drinus & Drinius. Duo sunt Drilones, alter qui ex Scardo monte ortus, Drilo Albus dicitur, *Drin Bicli* incolis, *il Drino Bianca* Italis, *le Drin Blanc* Gallis, in ortum hybernum fluens, alter qui ex Lychnide palode Macedoniæ ortus Drilo Niger dictus, *il Drino Nero* incolis, *Caradrina* Turcis, *le Drin Noir* Gall. & in Boream tendens Albanopolim rigat, aliaque oppida, & deinde per Dalmatiam fluens Driloni Albo conjungitur, qui simul coëuntes sic efficiunt unicum fluvium *il Drino* dictum, qui duobus ostiis in mare Adriaticum, & in sinum Drilonem se exonerat infra Lyssum urbem.

Drilonis Sinus, *il Golfo di Drino* Italis, *le Golfe du Drin* Gallis, sinus maris Adriatici, qui olim Illyricus sinus dictus, est in ora Dalmatiæ inter promontor. *il Capo de Redoni* ad Meridiem, & Nymphæum portum *S. Zuane de Medoa* ad Septentr. dicitur etiam Barbanæ sinus, *le Golfe de la Bojana*, sed prior denominatio communior.

Drimago. V. Dinogetia. V. Trimmanium.

Drin-bicli. V. Drilo.

la Drina. V. Drinus. V. Drilo.

le Drin Noir. V. Drilo.

il Drino. V. Drinus. V. *Drina*.

Drinopolis, urbs Illyrici, quæ & forte Sidrona, alias Episcopalis, nunc vulgò *Drinawar*, urbs Serviæ ad Drinum fluv. in confinio Bosniæ, sub Turcis, 20. mill. à Savo fluv. in Merid. & 26. à Sarajo in ortum.

Drinowar. V. Drinopolis.

Drins, fluv. Illyrici, vulgò *il Drino*, ex Scardo monte ortus in Savum fluvium se exonerat 55. mill. Germanicis supra Taurunum.

Drinus, seu Drinaius, *Kiri* ab accolis dictus, potiùs rivulus Dalmatiæ quam fluvius, fluit ex orientali parte civitatis Scodræ.

Driopolis. Vide Masacum.

Dripsinatium Civitas, urbs fuit Gallicæ Cisalpinæ, in agro & territorio Brixiensi.

Drista. Vide Tirista.

Drivastum, seu Trivastum, *Drivasto*, urbs parva Albaniæ, Episcopalis sub

Archiepiscopo Antibarensi; subest Turcis, juxta Labeatim paludem, 15. mill. à Scodra.

Drivenich. V. Proteras.

Drivesto. V. Enderum.

Drobasaf. V. Cronium Sarmaticum.

Drocum, urbs Galliæ Celticæ, in finibus Carnutum, nunc *Dreux* dicta, urbs Galliæ in provincia Insulæ Franciæ, Drocensis Comitatus caput, ad amnem *la Blaise*, qui paulò infra cadit in Eburam fluv. 16. leucis à Parisiis in occasum, & 7. à Carnuto in Septentr. ibi alias Druidæ & Druides, & quibusdam etiam Durocasses, *les Druides* vulgò, Drocæ recentioribus.

Drogabusa. V. Drogobuscum.

Drogheda. V. Pontana. V. Drogheda.

Drugbeda, sæpius Pontana. Vide ibi.

Drogicinum, *Drogicin*, oppid. Poloniæ in Polachia provincia, ad Bugem fluvium, dicitur etiam *Drogiezin*, est in limite Mazoviæ, & 8. leucis Polonicis à Brestia in occas. æstivum.

Drogiezin. V. Drogicinum.

Drogobuscum, *Drogobusck*, urbs Moscoviæ in Bielkia provincia, dicitur aliter *Dörgabusa*, est in confinio Lithuaniæ ad Borysthenem fluvium, 18. leucis Gallicis supra Smolenscum in ortum.

Droichiadatha, & *Tredagh*. V. Pontana.

Droisbath. V. *Drogheda*.

la Drome. V. Druna. V. Druma.

Dromora, *Dromore*, urbecula Hiberniæ insulæ, in Lagenia prov. & in Lugeusi Comitatu, Episcopalis sub Archiepiscopo Armachano, ferè in vicum redacta, juxta Lagenum fluviol. 25. mill. ab Armacho in ort. & 18. à Rupe Fergusii in Meridiem.

Dromos, *Dromo*, insula Archipelagi, versus oram Macedoniæ, & sinum Thermaicum: circuitus 20. mill. prope Peparethum insulam, unde etiam ambæ sæpe dicuntur *li Dromi*.

Dromos Achillis. Vide Achillea.

Drontheim. V. Nidrosia.

Drofer. V. Jetnus

Drosica, tractus Thraciæ, inter Pangæum montem ad Bor. & mare Ægæum ad Meridiem.

Druentia, fluv. Galliæ Narbonensis, aliis Druentius, nunc *la Durance* incolis, *la Durenza* Italis, fluv. Galliæ, oritur ex monte Genebra uno ex Alpibus Cottiis in Brigantino tractu Delphinatus, & una leuca infra Avenionem in Rhodanum se exonerat.

Druides, populi fuere Galliæ Celticæ, & pars Carnutum, qui & Druidæ, in eo tractu, ubi nunc Comitatus Drocensis in insula Franciæ, *le Comté de Dreux*, quorum oppidum primarium Drocum, *Dreux*, ad amnem *la Blaise*, 7. leucis à Carnuto, fuere etiam Magi, seu Sacerdotes Galli, qui præcipuè inter Carnutes degebant, 3. leucis a Droco in Septentr. & 14. à Lutetia Parisiorum in occas.

* *Jani Cæsar.*, aliis *Cæcilii Frey* Opuscula varia, quorum primum Philosophia Druidarum, &c. Paris. 1646. in 8.

Edmundi Dickinson, Tractatulus, de Origine Druidum; extat adiectus ejusdem libro inscripto, Delphi Phœnizantes, edito Francof. 1670. in 8. Oxonii. 1655. in 8.

Jo: Jacob. Hofman, in Lexico univers. ac in ejus Continuatione plurima. V. Druidæ.

G. *Hornius*, de Druidis, in Histor. Philosoph. lib. 2. cap. 12.

Ammonius Marcellinus, de illis, lib. 15.

Es. Puffendorff (Resp. *Stolbergk*) de Druidibus. Lipf. 1650. 4.

Th Smith, Syntagma de Druidum moribus, ac institutis. Londini. 1664. 12. 1644. 9.

Druma, seu etiam Druna fluvius, *la Drome*, fluv. Galliæ in Delphinatu, oritur in confinio Vapincensis tractus, & in Rhodanum fluvium se exonerat, 3. leucis infra Valentiam in Meridiem.

Drum-albain. V. Albania.

Drumbough. V. Castra Exploratorum.

Drumfailic. V. Armacha.

Drunsheim. V. Nidrosia.

Drusmheim. V. Concordia.

Drusi, popoli Asiæ in Siria regione, vulgò *les Drus* dicti, suntque reliquiæ Francorum & aliorum Europæorum, qui in Terra Sancta sedes fixerunt tempore belli Sacri.

Drusi Monumentum, moles testacea & lapidea, aliasque pyramis pro Drusi monumento honorario excitata, antea in suburbio Moguntiæ urbis ad Rhenum fluv. in Germania, nunc autem intra ejus arcem.

Drusiana Fossa, ducta fuit à Druso ab Arenaco ad Drusiburgum per 9. mil. pass. in Germania inferiori post Rheni scissionem, ut sic Rhenum fluvium Isalæ misceret, dicitur aliter fossa Drusi, vulgò *Nieuwe Yssel*, estque in Ducatu Gueldriæ inter Tetrarchias Velaviam & Zutphaniensem, in ditione Belgarum unitorum, & per ipsam Rheni pars in Isalam fluv. se exonerat, in limite Ducatus Clivensis.

Drusiburgum. V. Doesburgum.

Drusipara, urbs Thraciæ, aliis Drisipara, Episcopalis sub Archiepiscopo Hadrianopolitano inter Bergulas ad occas. & Perinthum ad ortum, inde 16. mill. pass. *Misini* hodie.

Drusoburgum. V. Duisburgum.

Drusomagus. V. Memminga.

Drus. V. Dara.

Dryas, fluvius Thessaliæ, ad Anticyram insulam in mare influens.

Drymæa, oppidolum fuit Achaiæ in Phocide mediterranea, 18. milliaribus à Daulide in Septentr. & 6. a Cephisso fluvio.

Drymon. Vide Drinus.

Drymussa, insula parva Ioniæ, Clazomeni urbi objecta, & vicina.

Drynopolis. V. Drinopolis.

Dryope, oppid. fuit Peloponnesi in Argia regione, prope Hermionem.

Dryopes, populi Epiri, quorum tractus nunc *Aldradina* dicitur. *Item*, populi Thessaliæ, juxta Oetem montem.

Dryopis, regio Tetrapolis dicta.

Drys, locus in suburbio Chalcedonis urbis, *Rufiniano*, dictus.

Dryusa Insula. Vide Samos.

Duacense Castrum. V. Duacum.

Duacum, *Kilmacough*, urbs parva Hiberniæ in Connacia provincia, olim *Kilmach Duach* dicta, Episcopalis sub Archiepiscopo Tuamensi.

Duacum, *Douay*, urbs Galliæ, in Belgio Francico, & in Comitatu Flandriæ, ad Scarpam fluv. & in ipso limite Artesiæ, nunc ampla cum Academia, subest Galliæ Regi, 5. leucis a Cameraco in Septentrionem, Insulas versus 7. & ab Atrebato 6. Tornacum versus 8., hinc Duacenses populi, *les Douayens* vulgò.

* *Martini Dové*, Gallo-Flandria, in qua Castellaniæ Lilana, Duacena, & Orchiesia, &c. Amsterod. ap. Gul. Blaeu.

Hier. Franci Duaceni, de Erudítione Academiæ Duacensis.

Ludov. Guicciardinus, tradit ejus figuram ære, ac descriptionem, in descriptione Belgii.

Mart. l' Hermitte Armentariensis Belgæ, Historia Ducum & Ducissarum Duacensium. Gallicè. Duaci. 1638. 4.

Jo: Jacob. Hofman, in Lex. univ. V. Duacum.

Andr. Hoii, Duacum, extat cum ejus Orationibus editis Duaci. 1598. in 4.

Arnoldi Raissii, Catalog. Sacerdotum, qui prodierunt ex Anglicano Collegio Duaceno. Duaci. 1630. 8.

Jor Sylvii; Academiæ nascentis Duacensis, & Professorum ejusdem Encomium versu Heroico. Duaci. 1563. 4.

Anonymi, Flandria Gallica continens Castellanias, Duacensem, Insulensem, Orchianensem, Dominium Tornacense, extat ap. Henricum Hondium, & Jo. Jansonium.

Vindiciæ Censuræ Duacenæ, seu confutatio scripti cujusdam *Thomæ Albii* contra latam a S. Facultate Theologica Duacena in 22. ejus Propositiones Censuram.

Libellus continens Leges Duacenæ Sodalitatis Omnium Sanctorum. Duaci. 1605. 8.

V. Flandria.

Duæ Columnæ, oppid. Insubriæ in Italia, hodie Gambolatum, *Gambalo* vulgo, oppidul. Ducatus Mediolanensis in agro Ticinensi, prope Viglebanum urbem, ab ea 3. mil. Laumellum versus.

Duama, *Duama*, urbs Indiæ in Iava insula, dicitur etiam *Dauma*, est in ora Boreali insulæ cum portu tuto, 8. leucis a Iapara in occasum.

Duasso. V. Dysis.

Duba, *Diben* & *Duben*, oppidul. Germaniæ in ditione Electoris Saxoniæ, ad Muldam fluv. & in Saxoniæ Ducatu, in confinio Misniæ, 5. mill. Germanicis à Vitteberga in Meridiem, Lipsiam versus totidem, & 2. a Torgavia in occasum.

Duben. V. Duba.

Dubis, fluv. Sequanorum in Gallia Celtica, aliis Alduasdubis, nunc *le Doux*, oritur ex monte Jura supra pagum Motam, & juxta Virdunum Burgundiæ Ducatus oppidum, & Arari fluvio miscetur.

Dublinensis Comitatus, *the Countye Dublin* Anglis, *le Comté de Dublin* Gallis, tractus Hiberniæ in Lagenia provincia, juxta oram maris Hibernici à quo terminatur ad occasum, uti ad Septentr. Media orientali, ab occasu Childariæ Comitatu, & ad Meridiem Wickloensi.

Dublinum, *Doblin* & *Dobelen*, oppid. Livoniæ in Semigalliæ Ducatu, ad Terwtam amnem, in confino Samo-

gitiæ,

gitiæ, & sub Duce Curlandiæ, 6. mill. Germanicis à Mittavia in occas. hybernum.

Dubiinum, *Dublin*, urbs Hiberniæ insulæ primaria, in Lagenia prov. & in Comitatu Dublinensi, unica *Develin* dicta ab Anglis, & *Balacleigh* Hibernis, & Eblana, (Archiepiscopalis) ad ostium fluvii Liffii cum portu, 7. mill. à mari Hibernico, & 25. à Drogheda, seu Pontana in Meridiem, cum Academia.

* *Petri Talboti S. I.* de primatu Dublinensis Archiep. seu responsum ad Jus Primatiale Archiep. Armacani, 1673. 8.

Dubris, oppid. Britanniæ majoris in Cantio, aliis Dovoria, nunc *Dover* incolis, *Douvres* Gallis, oppidum Angliæ, in Cantio prov. & in ora littorali, cum portu ad fretum Gallicum, 12. mill. pass. à Cantuaria in ort. hybern. 55. à Londino, è regione Iccii portus à quo 6. leucis, uti 7. à Caleto in occas. æstivum.

Dubrownich. V. Ragusium.

Ducæ, populi Mauritaniæ Cæsariensis, circa ortum Ampsagæ fluminis incolentes.

Ducaledonii. Vide Caledonii.

il Ducato. V. Ducatus.

Ducatus Civitas, sæpius Civitas Ducalis. Vide ibi.

Ducatus S. Sabæ, *Erzegovina* incolis, *Caratzo-dag-ili* Turcis, *le Duché de S. Saba* Gallis, pars est Regni Bosniæ ad occasum & Meridiem extensa, versus Dalmatiam, & inter Drinum fluvium & Novum mercatum urbem, sub Turcis.

Ducatus Venetus. Vide Venetus Ducatus.

De Ducatibus, & Archiducatibus, & de Ducibus, & Archiducibus Orbis Totius Scriptores.

* *Ant. Dadinus Altaserra*, de Ducibus, & Comitibus Provincialibus Galliæ. Tolosæ. 1643. in 4.

Petrus Belluga, de Juribus Ducum, in suo Speculo Principum.

Anselmi de Boot, Symbola varia diversorum Principum, Archiducum, Ducum, &c. totius Italiæ. Arnhemiæ. 1688. in 12.

Barthol. Cassanaeus, de Archiducali dignitate, in catalogo glor. mundi p.5. Idem de Ducatuum aliquot inter se excellentiis, ibidem p. 12. & de Ducum insignibus p. 1. & dignitate p. 5.

Herm. Conringii, Tractatus de Ducibus & Comitibus Imperii Germanici. Helmst. 1643. in 4. Lips. 1677. in 4.

Nicolò Doglioni, il catalogo di tutti li Duchi, nel Compendio Historico.

Georgius Draudius recenset varios, qui emiserunt Orationes, Elogia &c. in laudem aliquorum particularium Ducum, in sua Bibliotheca Classica, tomo 2. fol.910.

Christiani Gastelii, tractatus de Statu, Dignitate, & Præcedentia Pontificum, Imperatorum, Regum, Ducum, &c. Gubenæ. 1659. in 4.

Franc. Guillimani, historia Archiducum Austriæ.

Heissius, de iisdem, in hist. Imperii.

Jo: Jac. Hofman in Lex. Univers. V. Archiduc. V. Ducatus.

Herm. Kirchneri, Oratio de Ducibus, Principibus, Comitibus, &c. Germanicis. Marpurgi 1609. 12. & cum Grunningn. Spiræ 1618. in 4.

Ant. Matthæi, tractatus de Nobilitate, de Principibus, de Ducibus de Comitibus, &c. Amstel. 1686. in 4.

Steph. Menochius, de Cæremonia, qua Archiduces Austriæ ad Principatum promoventur, (nelle Stuore) cent.12. c.5.

Lud. Morerius, in dictionario historico Lit.A. & O.

Suffridi Petri, opus de Ducibus, Comitibus, &c.

Nicol. Ritterhusii, Genealogiæ Imperatorum, Regum, & Ducum totius Orbis Christiani, editio 3. Tubingæ. 1666. in fol.

Oligerii Rosæcranzii, Speculum Ducum. Arhus. 1636. in 4.

Ludolphi Rudolphini, tractatus de origine, potestate, & dignitate Ducum Italiæ, quibus Regalia Imperii competunt. Argent. 1624. in 4.

Bernardi Schulzen, Tractatus de Jure Primogenituræ, & prohibita divisione Ducatuum, Comitatuum, Feudorum Regalium, &c. Erffurti, & Bernæ. 1651. in 4.

Phil. Jac. Spenerus ponit Ducuum aliquot insignium Effigies, in suo opere Heraldico. Francof. 1680. fol.

Georg. Adami Struvii, dissertatio de Ducibus, & Comitibus Romani Imperii. Jenæ 1670. in 4. Helmst. 1643. in 4.

Ant. du Verdier, de Ducibus, in suo opere, la Prosopographie, ou description des Personnes insignes &c. à Lyon. 1543. in 4., & 1603. in fol., & 1605. in fol.

Jo: Weichardi Valvasor, topographia Archiducatus Carinthiæ antiquæ, & modernæ completa. Norimb. 1688. in fol.

☞ Hodie in sola Austria Archiducatus titulus hæret, de qua re scribit *Spigelius* apud Jo: Calvinum, seu Kal, in Lex. Juridico sequentia, *Archiducis appellationem primum Bruno Frater Othonis Imp. ejus nominis primus insolenter assumpsit; id postea Carinthianorum Principes usurparunt, quibus extinctis ad Austriacos simul cum ditione transiit.*

Duccala, *Duccala*, prov. regni Marrochii, in ora littorali Oceani Atlantici, inter ostia Ommirabihi & Tensifti fluviorum, versus Caput Cantioum.

le Duché. V. Ducatus.

Ducinum, *Ducino*, castrum Pedemontii in Comitatu Astensi, sub Duce Sabaudiæ, 3. mill. a Villanova Astensi in ortum, nunc in dominio utili Doriæ familiæ.

Ducis Rodia. Vide Rodia Ducis.

Duderstadium, *Duderstadt*, oppid. Germaniæ in Ducatu Brunsvicensi, ad amnem Wipperam, & in Eichsfeldia regiuncula, sub Electore Moguntino in confinio Thuringiæ & ditionis Grubenhagensis, uno mill. Germanico ab Hilligenstadio in Septentr. & 3. a Gottinga in ortum.

Dudini, populi Illyrici.

Duccaledonius Oceanus. Vide Deucaledonium.

Duegna. V. Duenas.

Duellium, seu Duellium altum, *Hohentwiel* incolis, *Hontuil* Gallis, arx Germaniæ in Sueviæ circulo, & in limite Helvetiæ, in ditione Ducis Wirtembergensis, est intra Langraviatum Mellemburgicum, 3. mill. Germ. à Scaphusia in ortum æstiv. & 5. à Constantia in occasum.

Duenas. V. Dominæ.

Duennas. V. Eldana.

Duenna. V. Dovena.

el Duero. V. Durius.

Duerstede. V. Batavodurum. V. Durostadium.

Duesmensis Tractus, *le pais Duesmois*, regiuncula Galliæ in Burgundiæ Ducatu, & in Alisiensi tractu partim, & in Montano agro, estque inter fontes Sequanæ fluv., & Castellionem oppidulum.

Duglassium, *Douglas*, castrum Monædæ insulæ Angliæ, in mari Hibernico, & in parte orientali insulæ, versus Cumbriam.

Duglassium, & Duglassia, *Duglas* incolis, *Douglas* Gallis, oppidul. Scotiæ merid. in parte orientali Lothianæ provinciæ, & in confinio Merciæ, 7. mill. pass. ab ora maris Germanici in occas. Edimburgum versus 27.

Duina, *la Duvina*, provincia Moscoviæ septentr. à Duina fluvio in duas partes secta, terminatur à Septentr. Condora prov. ab Oriente Ustinga, à Meridie Cargapolia, & ab Occidente mari Boreali, & mari Albo.

Duina, *Duvina* incolis, *la Dovine* Gallis, fluv. Moscoviæ, duplici ostio in sinum Granduicum se exonerat, juxta ins. Podelemske ab ipso effectam.

Duinkerken. V. Dunquerca.

Duina. V. Chesinus.

Duiona. Vide Divona.

Duisburgum, seu Duisburgum, & Teutoburgum, *Dusburg* incolis, *Duisbourg* Gallis, urbs parva Germaniæ in Ducatu Cliviæ, ad Ruram fluv. qui paulò infra cadit in Rhenum, antea Imperialis & libera, nunc subest Electori Brandeburgico, 4. mill. Germanicis a Veselia in Merid. Dusseldorpium versus.

* *Jo: Julii Duyst*, Duysburgum tribus libellis versibus Elegiacis descriptum. Duysb. 1579.

Casp. Sevenstern S. I. contra Duisburgenses Reformatos apologia pro *Petro Bruxellio*, &c. Coloniæ. 1668. in 12.

Duisburgense Concilium sub Jo: X. *Cæsar Baronius* de eo, in Annal. anno 927. ejus Acta extant in Collectione Conciliorum (edit. Paris. 1644.) in tomo 25. fol. 22.

Duisch. Vide Civitense munimentum.

Dulce Mare. Vide Huronum Mare Dulce.

Dulcigno. Vide Olchinium. Vide Ulcinium.

Dulcinde. Vide Carmania deserta. Vide Nelcynda.

Dulcinium. Vide Olcinium.

Dulendium, *Doulens*, oppid. Galliæ, in Picardia prov. cum arce, in limite Atrebatiæ, ad Altiliam fluv. 6. leucis ab Ambiano in Septentr. & 7. ab Atrebato in occasum.

Dulgi-

Dulgibini, populi Germaniæ, & Istævonum pars, aliis Dulgumnii, fuere inter Amasium & Viadrum fluvios extensi, forsan ubi nunc Comitatus Oldenburgensis & Hoyensis, pars inferior Diœcesis Monasteriensis, & Principatus Mindensis Westphaliæ.

Dulichium, ins. maris Jonii, una Echinadum parva, inter oram Ætoliæ & Cephaleniam, nunc *Dolichio* dicta, est versus ostia Acheloi flu. ab Araxo Peloponnesi prom. 100. stadiis in Septentr. Ithacæ propinq, aliis nunc *Thiaki* prope Cephaloniam.

Dullartus Sinus, V. Dollartius.

Dulma, *Dulma*, urbs fuit regni Bosniæ prov. seu tractus cognominis caput, Episcopalis sub Archiepiscopo Spalatensi, sub Turcis, & in limite Dalmatiæ.

Dulopolis, quæ & Acanthus, oppid. Cariæ, in ora, contra Rhodum.

Dulabad. V. Tabaso.

Duma, *le Puy de Domme*, mons Galliæ in Alvernia prov. altissimus est prope Claromontem, ab ea una leuca in occasum.

Dumashaff. V. Bothnicus sinus. V. Dumbi mare.

Dumbarum, *Dunbar*, oppid. Scotiæ in Lothianę prov. parte orient. cum portu in ora Oceani Germ. 26. m. p. ab Edimburgo.

Dumbi Mare, *Dumas-Haff*, aliàs Bothnicus sinus in mari Baltico.

Dumblanum, *Dumblane*, urbs Scotiæ meridionalis in Menrithia prov. Episcopalis, ad Taichum fluv. 26. mil. ab Edimburgo in occas. æstiv. 5. à Strivelino in Septentr. ab Andreapoli 25. in occasum.

Dumbrosa, urbecula Hiberniæ ins. in Connacia, forsan *Dundroes*, castrum in Slegensi Comitatu in ora.

Dume. V. Dumis-Bel.

Dumfermelinga, *Dumfermeling*, castrum Scotiæ merid. in Fifa prov. 7. mil. à Bodotriæ æstuario, 20. ab Edimburgo in occas. æstivum.

Dumium, pagus erat cum cœnobio in Lusitania prope Bracaram urbem.

Dummera Lacus, *die Dummerzée* incolis, *le Lac de Dumre* Gallis, lacus Germaniæ in Westphaliæ circulo.

Dummerzee. V. Dummera.

Dumna, ins. maris Deucaledonii, nunc Hoia, *Hoy*, ins. Scotiæ Bor. ferè adjacens ad arctos, & una Orcadum juxta Picticum Fretum & ad Austrum Pomoniæ ins. ab Oriente in Occid. extensa, 8. m. p. à Scotia.

Dumnissus, & Domnissa, antea *Tonnesso*, nunc *Denssen*, vicus Germaniæ in Palatinatu Rheni, in Nachgovia seu Navensi tractu infra Kirchbergam oppid. 7. m. p. supra arcem Dumnum in Septentr. paulo amplius a Mosella in ort. in limite ditionis Trevirensis.

Dumnitonus, locus Aquitaniæ apud Medulos in ipsa ferè Garumnæ fluvii ripa è regione Blaviæ, parvus vicus *Domnissan*.

Dumno. V. Delminium.

Dumnonii. V. Damnonii.

Dumnotirum, *Dumnotyr*, castrum Scotiæ septentr. in Marnia prov. & in ora Oceani Germ. 10. mil. Scoticis ab Aberdonia in Merid. & 15. à Brechinia in ortum æstivum.

Dumnua, *Thuan*, arx Germaniæ, ad Navæ Simeræque confluentes, in Palatinatu Rheni, & in Hunnorum tractu, 16. m. p. à Bingio in occasum.

Dumo. V. Fara.

Dumum, *le Puy de Domme*, mons Galliæ in Alvernia inf. & in Limania tractu, una leuca à Claromonte in occasum, aliter Duma.

Dun. V. Danus. V. Dunum.

Duna, & Duina, fluv. Poloniæ, *Duna* Polonis, *Dzwina* Moschis, oritur in Novogardia prov. Moscoviæ, prope Volgam lacum & Volgæ fluvii fontes, in sinum Rigensem & mare Balticum se exonerat ad Dunemundam arcem, id est Dunæ ostium, olimque Rubo dictus fuit.

la Duna. V. Rubo. V. Turuntus. V. Duina. V. Duna.

Dunawert. V. Verda. V. Donavertia.

Dunax, mons Thraciæ, pars Rhodopes excellior: quæ & Donuca.

Dunay. V. Danubius.

Dunbar. V. Bara. V. Dunbarum. V. Vara.

Dunbarte. V. Dumbritonium.

Dunbarton. V. Dumbritonium.

Dunbarton fyrth. V. Glottæ æstuarium.

Dunblane. V. Dumblanum.

Dunbritton. V. Castrum Britonum.

Dunbritonium, *Dunbarton*, castrum Scotiæ merid. quod & *Dunbarte* dicitur, in Levinia prov. ad confluentes Levinii in Glottam fluv. olim *Alcluid* dictum, 7. mil. à Glascua in occasum æstiv. & paulò amplius à Glottæ æstuario in ort. vocatur sæpe *Dunbriton* ab exteris, & hinc Glottæ æstuarium *Dunbarton Fyrth*.

Duncans bay. V. *Dunsby*.

Duncaster. V. Camelodinum.

Duncheldinum, etiam Caledonium. Vide ibi.

Duncherunum, olim Ivernis. V. ibi.

Dunchespiela. V. Dinckelspuila.

Dunckelspiel. V. Zeapolis. V. Dinchespila.

Dundalcum, *Dundalk*, urbs parva Hiberniæ in Lagenia prov. Episcop. sub Archiep. Armachano, in Lugensi Comitatu, cum portu in ora maris Hibernici, ubi recipit Ressanum amn. 20. m. p. à Pontana in Septentr. Armacham versus 26.

Dundalethglas. V. Dunum.

Dundalk. V. Dundalcum.

Dundée. V. Alectum. V. Donum Dei. V. Allectum.

Dundroes. V. Dumbrosa.

Duneburgum, *Dunenburg*, arx Livoniæ, ad Dunam fluv. antea sub Polonis, nunc Moschis subest, in Lithia prov. & in limite Semigalliæ, 6. mil. Polon. à confinio Lithuaniæ in Septen.

Dunelmensis Episcopatus, seu Dunelmia, *The Bishoprick of Durham* incolis, *la province de Duresme* Gallis, prov. Angliæ Bor. terminaturque ab Oriente mari Germanico, à Septentr. Northumbria, & à Meridie Eboracensi provincia.

Dunelmum, *Durham* incolis, quanquam *Duresme* pronuncient, urbs Angliæ, in Dunelmensi Episcopatu, in Anglia Bor. ad Vedram fluv. à quo ferè circumgitus in modum insulæ, unde ei nomen inditum *Dunholm* à Saxonibus, Episcop. sub Archiep. Eboracensi, 12. m. p. à Novocastro in Merid. Eboracum versus 60. circiter, & 8. ab ora Oceani Germanici in occasum.

* *Drunoti* (clar. 1098.) Chronica Dolnemica.

Simdr. Monachi, Histor. Eccl. Dunel. Lond. 1652. pag. 1. & de ejus obsidione. pag. 79.

Tabula. Episcopatus Dunelmensis. Amst. apud Jo. Blaeu, & Jo. Jans.

Dunemunda, *Dunemund*, arx Livoniæ, in Lithia prov. ad ostia fluvii Duinæ, 2. lapide à Riga in occas. juxta sinum Livoniæ, sub Suecis.

Dunenbourg, V. Duneburgum.

Dunensis Comitatus, *The Downe Countie* Anglis, tractus est Hiberniæ in Ultonia prov. & in ora maris Hibernici versus Scotiam, à quo terminatur ad ortum, uti à Comitatibus Antrimensi ad Septentr. Armachano ad occas. & Lugensi ad Meridiem.

Dunensis Comitatus, *le Dounois*, tractus Galliæ, aliàs Pectensis ager, in Belsia prov. juxta Lædum fluv. inter provincias Perticensem, Blesensem, & Aurelianensem, agrumque Vindocinensem.

Dunesanus Tractus, *le Dounesan*, regiunc. Galliæ in Occitania, ad radices Pyrenæorum & fontes Atacis fluvii, in ipso limite Ruscinonensis Comitatus & Ceretaniæ.

Dunesley. V. Dunum.

Dunfreia, *Dunfreis*, urbs parva Scotiæ merid. in Nitbia prov. cum castro ad fluv. Niddam, 3. mil. Anglicis ab ora Oceani Hibernici & æstuarii Itunæ in Septentrionem, & in limite Gallovidiæ.

Dunga, urbs Indiæ intra Gangem in ora littor. nunc est *Dabul*, urbs regni Decani in ora Oceani Indici, sub Lusitanis, aliis est *Goga*, urbec. Indiæ propriæ, sub Magno Mogole, & in regno Guzaratæ juxta oram Borealem sinus Barigazeni, & 60. leucis Hispan. à Dabulo in Septentr. distat.

Dungalia, seu Dungalensis Comitatus, qui & Tyrconensis seu Terra Cornelii, *The Countie Dunghall*, aliàs *Tyrconele* Anglis, tractus Hiberniæ in Ultonia prov. terminatur à Septentr. & Occid. Oceano Deucaledonio, ab Oriente Comitatu Tironensi sup. & à Meridie Fermanaghensi.

Dungalia, seu Dungallum, *Dunghall*, oppid. Hiberniæ ins. in Ultonia, & in Dungalensi Comitatu, cum portu in ora occid. ins. 40. m. p. à Rapoa in occasum hyb.

Dungarvanum, *Dungarvan*, oppidul. Hiberniç, cum portu, in Vatersordiensi Comitatu Lageniæ, & in ora littor. 18. m. p. à Vatersordia in occasum.

Dungisbyhead. V. Beruvium. V. Taivedum.

Dunholm. V. Dunelmum.

Dunis-bei. V. Vincendum. V. Berubium. V. Venucium.

Dunistabulum, *Dunstable*, oppidul. Angliæ in Bedfordiensi Comitatu, 16. mil. à Bedfordia in Merid. Vindsoriam versus, & 25. ab Oxonio in ort.

Dunium, etiam Durnovaria. V. ibi.

Dunkanon. V. Doncanonium.

Dunkeld. V. Castrum Caledonium. V. Duncheldinum.

Dunkeran. V. Ivernis.

Dunkerca, sæpius Dunquerca. V. ibi.

Dunkirk. V. Dunquerca.

Dun le Roy. V. Regiodunum.

Dunluce. V. Donluça.

le Dunois. V. Dunensis Comitatus.

Duno-

Dunovertium, *Dunnaverty* indigenis, *Dunovers* exteris, castrum Scotiæ merid. in Cantiræ penins. australi recessu, ex adverso Hiberniæ, à qua 14. mil. in ort. æstiv. estque prope Saodam insulam.

Dunquerca, sive & Dunkerca, *Dunquerque* incolis & Gallis, *Duynkerke* Belgis, *Dunkirk* Anglis, & *Duncherca* Italis atque Hispanis, urbs Galliæ in Belgio Francico, & in Comitatu Flandriæ, cum arce & cum portu ad ostia Colmæ fluvii in ora littor. Oceani Germanici, sub Anglis, una leuca à Monte S. Vinoci in Septentr. 5. à Casteto, tribus à Gravelina in ortum, sex à Caleto, Furnas versus 4. Novoportum 5. & Brugas 12. circiter, hinc Dunquercani populi, *les Dunquerquois* vulgò Gallis, *li Duncherchesi* Italis.

* *Lud. Canalli*, de capta Dunquerqua epigrammata. Paris. 1646. in fol.

Vinc. Coronelli ponit ejus fig.(nell' Isolario, & Teatro delle Citta) p. 2.

Lud. Guicciardinus, de reg. Belg. cum fig.

Phil. Labbe S. J. de ea capta Tetrastirba. Paris. 1646. in 4.

Lud. Morer. in dict. hist. V. Dunkerque.

Famianus Strada, de bello belgico. dec. 2.

Sanacini relatio ejus obsidionis, & Victoriæ, gallicè. Paris. 1651. in 4.

Dunquerque. V. Dunquerca.

Dunquenrre. V. Duroicoregium.

Dunqueure. V. Duroicoregum.

Duntodunum, *Dornock*, urbs parva Scotiæ, in ejus parte Trans i Taana, in ora orientali Oceani Scotici, & ad sinum sive æstuarium, *The Fyrth of Dornock* ab indigenis, cum portu, octo mil. Scoticis à Cromartio in Septentrionem.

Duusa, etiam Donsa. V. ibi.

Dunsby. V. Vicruedrum.

Dunska. V. Dania.

Dunski. V. Dani.

Dunstable. V. Magiovinum. V. Dunistabulum.

Dunstaburg. V. Debba. V. Dunstaburgum.

Dunstaburgum, Bebba quibusdam, *Dunstaburg*, castrum Angliæ septentr. in ora Oceani Germanici, in Northumbria prov. 18. mil. Anglicis à Bervico in Merid. 22. à Novocastro in Septentrionem.

Dunstaphag. V. Evonium. V. Stephanodunum.

Dunum, melius Castellodunum. V. ibi.

Dunum, *Downe* Anglis, *Dundalethglas* indigenis, urbec. Hiberniæ in Ultonia prov. Dunensis Comitatus caput, Episcop. sub Archiep. Armachano, cum portu juxta Lacum *Cone*, 4. m. p. ab ora maris Hibernici in occas. Dromoram versus 12. & Armacham 35. à Connerto 15. in Merid. antiquitus *Arat-Cealcair* dicta fuit.

Dunum, *Dun*, oppidul. Galliæ in Barrensi Ducatu, ad Mosam fluv. una leuca supra Francopolito in Merid. duabus à Sathanaco, Virdunum versus 5. in ipso limite Campaniæ. *Item* oppid. Hiberniæ, quod nunc est *Dunamause* Lageniæ vicus, cum castro in colle, in Comitatu Reginæ. *Item* sinus parvus Britanniæ majoris aliis sinus salutis, nunc est *the Creek at Dunesley*, in Oceano Germanico, in ora Boreali Angliæ, & Comitatus Eboracensis, inata *Whitby* castrum & *Dunesley* viculum, 25. mil. p. in ort. ab ostio Tesæ, & à eunfinio Episcopatus Dunelmensis.

Duodeciacum, oppid. Galliæ in Austrasia, quibusdam est *Delme*, castrum Lotharingiæ, aliàs ad Duodecimum dictum, inter Decempagos & Mediomatrices medium, aliis est *Dieuze*, oppidum Lotharingiæ ad Selnam fluv. quod Decem pagi nominatur in itinerario Antonini, & quibusdam etiam est Duziacum *Douzy*, oppidul. Galliæ in Campania.

Duplavonenses, sive Duplavenenses, locus Italiæ in Veneria reg. aliis Duplaulis, & Dupiabilis, prope Ceneram urb. in ripa Plavis fluvii.

Dur, fluv. Hiberniæ ins. in ora occid. nunc Dingliæ sinus, *the Bay of Dingle*, seu Mangi fluv. ostium, in Momonia & in Comitatu Kerriensi.

Dura, Mesopotamiæ urbs, versus Tigrim fluv.

Duraba, urbs Babyloniæ reg. cis Babylonem, & versus Euphratem fluv. nunc *Der* dicta.

Duracii, seu Duracium, locus Aquitaniæ, nunc *Duras*, castrum Galliæ, in Aquitania, & Agennensi prov. cis Garumnam, ad Drotium amnem, Ducali dignitate insignitum, 9. leucis à Burdigala in ortum.

Duracium, *Thovars*, urbs Galliæ, in Pictavensi prov. ad amnem *Tove*, Ducatus titulo insignita, cum recenti castro superbissimo Tremolliæ Ducis, 6. leucis à Salmurio in Merid. in confinio Andegavensis provinciæ.

la Durance. V. Druentius. V. Durantlus.

Durangum, *Durango* incolis, *Durangue* Gallis, oppid. Hispaniæ, in Biscaja, satis cultum, 4. leucis à Bilbao in ort. Placentiam versus, à qua 6. leucis, 3. ab ora Oceani Aquitanici, hinc Durangensis nomen gentis.

Durangum, *Durango*, urbs Americæ sept. in nova Biscaja prov. novæ Hispaniæ, versus Zacatecas, ad radices montium, Episcop. sub Archiepiscopo Mexicano.

Duranius, & Duranus, fluv. Galliæ Aquitanicæ, aliis Dordonia, vulgò *la Dordegne* ex præcipuis Galliæ fluviis, oritur in prov. Alverniæ Infer. ex duplici fonte, uni nomen est *Dor*, alteri *Dogne*, uterque in monte Dorio *le mont Dor*, & prope Burgum ad mare in Guienna propria in Garumnam fluvium labitur è regione rostri Amborum *le bec d'Ambez*, & cum ipsa Girundam æstuarium efficit usque ad ejus ostia in Oceanum Aquitanicum, ubi Corduenna turris, aliàs Antros insula.

Duranius, aliis Duranius. Vide ibi.

Duranus, *le mont d'Or*, mons Galliæ in Aquitania & in Alvernia prov. ab aliis mons Dorius, *le mont Dor*, est que in Alvernia infer. 5. leucis à Claromonte in occasum hyb.

Duras, fluv. Norici, nunc forsan *Trann*, fluv. parvus Germaniæ in Austria sup. qui ortus ex lacu cognomine in Danubium se exonerat prope & infra Lentium.

Duras. V. Dyrrachium. V. Epidamnus. V. Duracii. V. Duracium.

Durazzo. V. Duracium. V. Dyrrachium. V. Epidamnus.

Durbeta, oppid. Mesopotamiæ, aliis est Dorbeta, prope Tigrim fluv. ab Amida urbe ad 30. mil. p. in ortum hyb. in limite Assyriæ, nunc *Dedu*.

Durbu. V. Durbutum.

Durbutum, *Durbuy* incolis, *Durbu* Gallis, oppidul. Belgii in Ducatu Luxemburgensi, ad Urtum fluv. in confinio ditionis Leodiensis, & 5. mil. Germ. à Leodio in Merid. sub Hispanis.

Durbroy. V. Durbutum.

Durdanum, *Dourdan*, oppid. Galliæ, in Insula Franciæ, & in Hurepoesio tractu, ad amnem *l'Orge*, 12. leucis à Lutetia Parisiorum Aurelias versus, & vix 3. à Stampis in occas. dicitur etiam Dordineum.

Duremum, *Duren*, oppid. Germaniæ in Ducatu Juliacensi, ad Roeram amnem, 2. mil. Germ. à Juliaco in Merid. & 5. à Colonia in occasum, olimque Marcodurum dictum.

Duren. V. Marcodurum. V. Dura.

la Durenza. V. *Durham*.

Duresme Evesché. V. Dunelmensis Episcopatus.

Durestallum, *Duretail*, oppid. Galliæ, in prov. Andegavensi, ad Lædum fluv. 4. leucis à Flexia in ort. & 7. ab Andegavo in ort. æstivum.

Duretail. V. Durestailum.

Durgut. V. Phrygia magna.

Durham. V. Dunelmum.

Duria, fluv. Galliæ Subalpinæ, aliis Doria, *la Doria* Italis, *la Doire* Gallis, fluv. est Pedemontii geminus, unus major qui *la Doria Balcea* dictus, oritur ea Alpibus Graiis in limite Vallesiæ qui paulò infra vicum *Rivarotta* in Padum se exonerat inter Clavasium ad occas. & Crescentinum ad ort. 3. leucis Gal. ab utroque; Duria vero minor, *la Doria*, oritur ex Alpibus Cottiis prope Montem Genebram in Delphinatu, & dimidio milliari infra Taurinum in Padum fluv. se exonerat, 15. mill. p. supra Doriæ majoris confluentes.

Durias. Vide Turia.

Durii, pagus Insubrum in Italia, nunc *Dorno*, vicus Ducatus Mediolanensis in agro Ticinensi, inter Ticinum 12. & Laumellum oppid. 8. mil.

Duringer. V. Chasuarii. V. Turingi. V. Teurinchamæ. V. Thuringi.

Duringerlands. V. Thuringia.

Duringerwalde. V. Baccnis. V. Semana sylva.

Durion, sive Durtum, & Durio, urbs Galliæ Narb. nunc est *Doyre*, vicus Delphinatus, ad Rhodanum fluv. aliis est locus ad Drumæ fluv. confluentes in Rhodanum in eadem prov. aliis est Segustet. urbs Provinciæ ad Druentiam.

Durius, fluv. Hispaniæ Tarrac. aliis Dorius, nunc *el Duero* Hispanis, *o Douro* Lusitanis, oritur in Castella veteri ex monte Idubeda versus Agredam oppid. & confinia Aragoniæ, & paulò infra Portum urbem in Oceanum Atlanticum se exonerat, & ejus decursus est 90. leucarum circiter ab ortu in occas. & ad ejus ostium portum efficit optimum & majorum navigiorum capacem ad Portum urbem.

Duila-

Durlacensis Marchionatus, *das Marcgraffschaft von Durlach* indigenis, tractus Germaniæ, & pars inferior Marchionatus Badensis in Svevia, Inter Ortnaviam & Marchionatum Badensem super. ad Merid. & Ditionem Spirensem. Palatinatumque Rheni ad Bor. ab occasu Rheno fluvio terminatur, ab ortu Ducatu Virtembergensi, paret proprio Marchioni ex stirpe Badensi.

Durlach. V. Durlacum. V. Budoris.

Durlacum, *Durlach* incolis, *Dourlac* Gallis, oppid. est Germaniæ in Svevia, ad radices montis, caput est Marchionatus Badensis infer. familiæ Durlacensis, 2. mil. Germ. à Rheno fluv. in ort. & 4. à Philippoburgo in Merid. 5. à Spira, Badam versus 4.

Durmagen. V. Durnomagum.

Durnomagum, sive Durnomagus, pagus Sunicorum in Germania infer. nunc, est *Dormagen*, vicus Germaniæ prope Rhenum fluv. 13. mil. p. infra Coloniam Agrippinam in Sept. Novesium versus 8. juxta Zontinum oppidul. & in Ducatu Montensi cis Rhenum.

Durnovaria. Vide Dorcestria.

Durobrivæ, Catyeuchlanorum oppid. in Britannia majori, nunc dirutum, locus ejus ad Ninam fluv. inter vicos *Caster* & *Dornford* in Comit. Northantoniæ, & in confinio Huntingdoniensi, non procul à *Wansford*, castro 7. mil. p. supra Petroburgum in occasum.

Durobrivæ, seu Durocobrivæ, Trinobantum oppid. in Britannia majori, nunc dirutum, inter vicos *Flamstead* & *Redburn* dictos, in Comit. Harfordiensi, 12. mill. p. ab Harfordia in occas. 4 à Verolamio, à Londino verò 23. in arctos.

Durobrus, seu Durobrovæ, & Durobrivis, urbs Britanniæ majoris in Cantio, nunc est Roffa, *Rochester* vulgò, urbs Angliæ merid. Episcop. sub Archiep. Cantuariensi, ad Medweagum fluvium in Cantio prov. 5. mil. Angl. ab æstuario Tamesis in Merid. ferè media inter Cantuariam ad ortum & Londinum ad occasum. V. Roffa.

Durocasses. Vide Drocum, & Druides.

Duro-Catalaunum. Vide Catalaunum.

Durocornovium. Vide Corinium.

Durocortorum. Vide Remi.

Duroicoregum, locus Galliæ Belg. nunc est *Donquenrre*, vicus Picardiæ prov. in Pontico tractu, medius inter Abbavillam ad occas. & Dulendum ad ort. 4. leucis utrimque.

Durolevum, oppid. Britanniæ majoris in Cantio, nunc *Lenebam*, pagus Angliæ in prov. Cantii, 14. mil. p. à Roffa in ort. hyb. totidem à Cantuaria in occasum.

Durolipons, seu potius Durosipons, urbs Catyeuchlanorum in Britannia majori, nunc *Godmanchester*, pagus Angliæ in Huntingdonensi Comitatu ad Usam fluv. & è regione Huntingdoniæ urbis, est ferme medius inter Camboricum & Durobrivam.

Durolitum, oppid. Trinobantum in Britannia majori, nunc est *Leyton*, vicus Angliæ in Essexia Comit. & in confinio Midlesexiæ ad Leam fluv.

Durostadium, oppid. Germaniæ infer. nunc *Vick* in Belgio unito, & in dominio Ultrajectensi, ad Rhenum flu. ubi Liccum efficit, antiquitus Batavodurum. Vide ibi.

Durostorum, urbs Mœsiæ infer. Durostorus, aliis Dorostorus Episcop. versus Isteum fluv. etiamnum à quibusdam *Dorosto*, sed verius est Silistria *Silistrie*, urbs ampla Dobrugiæ caput in Bulgaria regione.

Durotinum, locus Galliæ Narbonensis, nunc *le Villars d'Aresne*, vicus Delphinatus inter Mellosedum & Brigantionem.

Durotriges, populi fuere Britanniæ majoris, in ejus parte merid. eorum termini erant ad ortum & Septentr. Belgæ, ad occas. Damnonii, ad Merid. mare Britannicum, erantque ab Oriente in Occidentem extensi, ubi nunc Dorsetia prov. *Dorsetshire* vulgò dicta.

Durovernum. Vide Cantuaria.

Durracium. Vide Dyrrachium.

Durnguoir. V. Durotriges.

Dury. V. *Derry*.

Dusseldorpium, *Dusseldorp*, urbs Germaniæ, ad Rhenum fluvium, Ducatus Montensis primaria, & sedes Ducis Neoburgensis, 5. mill. Germ. infra Coloniam Agrippinam in Septentrionem, & totidem à Juliaco in ortum æstivum.

Dutlingen. V. Juliomagus.

Duvelscuz. V. Herculis columnæ.

Dwina. V. Duina.

Duysbourg. V. Duisburgum. V. Drusoburgum.

Duysburg. V. Dispargum. V. Asciburgium. V. Dysporum.

Duytslandt. V. Germania.

Duziacum, *Douzy*, oppid. Galliæ in Campania prov. ad fluv. Carum qui paulò infra cadit in Mosam, una leuca à Sedano in ortum, Ivodium versus paulò plus.

* *Hic Concilia* a. quæ extant in edit. Conc. Paris. 1644. in tom. 23. fol. 785. & 24. f. 587.

Dya, insula. Vide Naxos.

Dyfed. V. Demetæ. V. Demetia.

Dyffir dwy. V. Deva.

Dyfinnians. V. Dumnonii.

Dyfy. Vide Deva. Vide Divus. Vide Devus.

Dymæ, oppid. Thraciæ, & Dime, à Trajanopoli urbe 16. mill. pass. nunc excisum.

Dyme, urbs Peloponnesi in Achaia regione, & in ora littor. maris Ionii, olim Stratos dicta, & Cauconia, prope ostia Acheloi fluvii, nunc Clarentia, *Chiarenza*, oppid. ferè dirutum Peloponnesi, hinc Dymenses populi.

Dymethus, oppid. Siciliæ, nunc pagus *la Torre dell'Oliveta* dictus in mediterraneis.

Dyos, fluvius Mauritaniæ Tingitanæ, nunc *Guir*, in Oceanum Atlanticum sese exonerans inter Salam & Cusam amnes.

Dyra, fluvius parvus Trachiniæ tractus Græciæ, inter Achaiam & Thessaliam, à Sperchio fluvio 20. stadiis.

Dyrapes, fluv. Scythiæ Europææ in Pontum Euxinum labens cum Borysthene.

Dyrne. V. Tirnavia.

Dyrrachium, urbs Macedoniæ, quæ etiam Epidamnus dicta, nunc Duraz-



ɀo dicta Italis, *Drazzi* Turcis, *Duras* Gallis, Archiepiscopalis in Albania regione, sub Turcis, arcem habens cum portu in ora maris Adriatici, ad ostia fluvii *l'Argentaro*, 40. mill. pass. à Lisso in Meridiem, Aulonem versus 65. a Brandusio 120. in ortum æstivum, & 200. à Thessalonica in occasum, hinc Dyrrachinus nomen genus.

Dyrrachinum Caput, *il Capo di Palos*, promont. Albaniæ regionis prope Dyrrachium, in ora maris Adriatici.

Dysis, locus Piceni in Italia, nunc *Duasso*, vicus parvus Marchiæ Anconitanæ versus Anconam.

Dysporum. Vide Dispargum.

Dziar-Krimenda. V. Borysthenes.

Dzwina. V. Rubo.

E

EAghus Laeus, *Logh-Eagh*, lacus Hiberniæ, in Ultonia provincia, extensus inter Comitatus Antrimensem, Tyronensem, Duensem, & Armachanum, cjus circuitus est 45. m. p.

Eares, populi Indiæ.

East-Breane. V. Brenia.

East sea. V. Mare Balticum, & Orientale.

Easton ness. V. Eatensio.

Eaton. V. Etona. V. Ætona.

Eause. V. Elusa.

Eba, nunc *Monte Ipo*, castrum Thusciæ in agro Senensi, prope Albaniam fluvium.

Ebal mons, de quo *Petrus Berchorius* in reduct. mor. lib. 21. cap. 6. *Natanael Gutnerwel*. Oxonii. 1669. in 4.

Ebdomum, suburbium Byzantii.

Ebelholt. V. Fridericoburgum.

Ebellanum, nunc *Biel*, oppidul. Aragoniæ, ad amnem cognom. in Diœcesi Pampilonensi, 6. leucis a Jacca in occasum æstivum, 12. a Cæsaraugusta in Septentrionem, Ebellinum a quibusdam.

Ebernsdorff. V. Ala nova.

Ebersdorp. V. Eberstorfium.

Ebersheim. V. Novientum.

Ebersmunster. V. Aprimunasterium.

Eberstenius Comitatus, *das Graffschafs von Eberstein* indigenis, tractus Sueviæ, inter Ducatum Vurtemburgensem ad ortum, Ortnaviam ad Merid. & Marchionatum Badensem ad occas. nunc subest pro maxima parte Marchioni Badensi.

Eberstorfium, *Everdorp*, castrum Austriæ inferioris, ad Danubium fluv. 2. mill. infra Viennam ad ortum Posonium versus.

Everwyck. V. Eboracum.

Eblana, vide Dublinum.

Eblani, populi in Hiberniæ ora orientali, inter Menapios ad Meridiem & Voluntios ad Septentr. ubi nunc Comit. Dublinensis & Media provincia.

Eblebanda. V. Alabanda.

Ebilæi, montes in Arabia fel.

Ebodia, insula parva in mari Britannico, nunc *Origny* Gallis & incolis, *Alderney* Anglis & Belgis, versus oram Normanniæ inferioris & agrum Constantiensem, 2. leucis in occas. à promontorio Hagum in Normannia, 5. à Sarnia Insula in Septentr. & 30. ab ostio Sequanæ in occasum aliis Riduna, & Aurinniaca insula ab aliis, longitudinis est duarum leucarum, & fretum inter ipsam & proximum Galliæ continentem vocatur *le ras de Blanquers* à nautis Gallis, *het ras van Alderney* à Belgis.

Eboli. V. *Evoli*.

Ebolum, & Ebulum, aliis Eburi, nunc *Evoli*, oppidul. in provincia Principatus citerioris (Ducatus) 6. mill. ab ora sinus Salernitani in ortum, 15. à Salerno, & à Silari fluv. 6. quot à Campania urbe.

Eboniæ. Vide Ebudæ.

Ebora, aliis Ebura, & Liberalitas Julia, nunc *Evora*, urbs Portugalliæ, provinciæ Transtaganæ caput, 16. leucis à Pace Augusta in occas. 8. ab Ana fluvio, Olysipponem versum 19. nunc Archiepiscopalis.

* *Gaspar Estaço*, tratado de linhagen des Estaços naturales de cidade de Evora. Olissip. 1625. fol.

Didaci Mendez de Vasconcellos, de Eborensi municipio, extat cum Resendio, & in Hisp. illustr. cum Menœtio, tomo 2. pag. 985.

Lucii Andr. Resendii ord. Prædic. Historia da antiguidade da Cidade de Ebora, extat in tomo 2. ejus operum; & auctior. Francof. 1576. in 12. & Latinè per Andr. Schottum. Colon. Agrip. 1613. 8. & cum Scholiis Jac. Menœtii, in Hisp. illustr. tomo 2. pag. 892. *Ejusd.* Catalogus Episcoporum Eboræ.

Ebora. V. Evora.

Ebora Alta, *Evora monte*, oppidulum Lusitaniæ, inter Tagum & Anam fluvios, 5. leucis ab Ebora in ortum, 2. à Stremotio.

Ebora, nunc *Rora*, castrum Vandalitiæ in ora sinus Gaditani, 3. leucis à Acra in occasum, totidem a Gadibus in Septentrionem. *Item* castrum Vandalitiæ, *Ebora* etiamnum dictum, ad Bætim fluv. prope Luciferi fanum, nunc ferè excisum.

Eboracensis Comitatus, *the Yorkshire* incolis, *la Province d'York* Gall. provincia Angliæ septentr. inter mare Germanicum ad ortum, Lancastriam prov. ad occasum, Darbiam & Lincolnensem prov. ad Merid. & Diœcesim Dunelmensem ad Septentr.

Eboracensis Nova Provincia, *The New Yorck*, regio Americæ Borealis, antea Novum Belgium dicta, extenditur juxta oram littor. maris Borealis, inter Novam Angliam ad Septentrionem, Mare Boreale ad ort. & Merid. & Novam Franciam, Virginiamque ad occas. sub Anglis.

* *Adriani van der Donck*, descriptio Belgii novi. Amstel. 1656. in 4. belgicè.

Anonymi, Belgii novi, novæque Angliæ, & partis Virginiæ novissima delineatio. Amstel. ap. Jo: Jans. & multis in locis emendatior per Nic. Jo: Vischerum, & per Hug. Allard.

Nova Anglia, & nova Belgica. Amstelod. apud Jo: Blaeu, & Jo: Jansonium.

Eboracensis Nova Provincia, *The New-Yorckshire*, pars Estotilandiæ, versus sinum Butonis.

Eboracum, aliis Eburacum, nunc *Yorck* incolis, urbs Regni Angliæ secunda, Comitatus Eboracensis caput, Archiepiscopalis, ad Urum fluvium *Jeure*, (Ducatus) 151. mill. Anglicis à Londino in Septentr. Edimburgum versus 140. ab ora Oceani Germanici 34. in occasum, 45. à Lincolnia in Septentr. Dunelmum versus 50. & Bervicum 100.

* *Jo: Clayton*, Reports and Pleas of Assizes of Yorck. London. 1651. 8.

Sim. Dunelmensis Monachus, de Eboracensi Archiepisc. Londini. 1652. pag. 75. cum Hist. Anglicanæ Scriptoribus.

Jo. Jacob. Hofman in Lexic. Univ. V. Eboracum.

Pagani Piscatoris, Carmen de obsidione, & prælio Eboracensi. Lond. 1636. in 4.

Th. Stubb, Vitæ Archiepiscoporum Eborac. extant cum Scriptoribus Histor. Anglic. Lond. 1652. fol. pag. 1685.

Anonymi, Manuale ad usum Ecclesiæ Eboracensis. Lond. 1509. 4. & Processionale. ibid. 1555. 8. & Missale. Rothomagi. 1517. 4.

Tabulæ Ducatus Eboracensis pars Occidentalis, ap. Jo: Blaeu. Orientalis Borealis, ap. Jo: Blaeu, & Janson.

Hic Concil. sub Cœlestino III. extat in edit. Concil. Paris. 1644. in Tom. 28. fol. 77. Vide Anglia.

Eboracum Novum. Vide Amsterodamum novum.

Ebores. V. Eburovices.

Eboriacus, postea Faræmonasterium *Faremoustier*, Cœnobium Galliæ in Bria prov. ad Morinum minorem fluv. 5. leucis à Meldis in Meridiem.

l'Ebre, V. Iberus.

Ebreodunum. Vide Ebrolium.

Ebrodunensis Tractus, *l'Ambrunois*, regiuncula Galliæ in prov. Delphinatus, in limite Pedemontii, inter Provinciam ad Merid. Brigantinum tractum ad ort. & Septentr. & Vapincensem agrum ad occasum.

Ebrodunii, populi fuere Galliæ Narb. inter Brigantes ad Septentr. Vagiennos ad ortum, Sontios ad Meridiem, & Caturiges ad occas. ad radices Alpium & Druentiam fluvium.

Ebrodunum, Ebredunum & Eburodunum, nunc *Ambrum* incolis, *Ambrunn* Italis, urbs Galliæ, Archiepiscopalis, in Delphinatu, ad Druentiam fluv. 7. leucis à Vapinco in ortum, totidem à Brigantio, vel à confinio Pedemontii in occasum, 23. à Gratianopoli in ortum hybernum, 37. à Lugduno.

* *Bouche* in Hist.re de Prov.

Chorier in hist. Delph.

Jo: Jacob. Hofman in Lex. univ. & in ejus Contin. Lit. E.

Morerus in Dict. Histor.

Sammarth. in Gall. Christ.

in Concilio Lugduni anni 567. actum fuit contra Episcopos Ebrodunenses.

Ebrodunum, nunc *Yverdun*, oppid. Helvetiæ in Vaudo tractu, ad lacum Neocomensem, 3. leucis à confinio Galliæ & Comitatus Burgundiæ in ort.

Fribargom versus 4. Bernaribus subest. Vide Robodnnum.

Ebroicæ. Vide Ebroicum.

Ebroicæ. V. Eburovices.

Ebroicum, *Evreux*, urbs Galliæ in Normannia, Episcop. olim Ebroicæ, & Mediolanum Eburovicum, ad Itoninm fluv. 8. leucis à Rothomago in Merid. Vernolium versus 6. à Parisiis 24. in occasnm.

* *Io Jan*, Series Episcopor. Ebroicensium Diœcesis Ebroicensis. Amst. apud Jo Blaeu fol. exp.

Ebrolium, *Esbreule*, urbec. in Alvernia infer. aliis Ebrelodunum, in limite Borbonensis Ducatus, ad fluv. *Cieule*, 3. leucis à Ricomago in Septentr. 5. à Claramonte Molinas versus.

Ebromagus, melius Ebromanus, nunc *Embran*, castrum Galliæ in Santonis, prope Blaviam ad Garunnæ æstuarium, ab eo 2. leucis in occasum æstivum.

Ebron. Vide Hebron.

Ebron. V. Eleuteropolis.

Ebronium, *Evron*, burgus Galliæ, in Cenomanensi prov. ad fontes fluvioli *de Erve*, 9. leucis à Cenomano in occasnm.

Ebrus, fluv. Thessaliæ, ad Larissam urbem decurrens.

Ebudæ, seu Ebudes, aliis Æbudæ, Hebudes, Hebrides aliis, insulæ Oceani septentr. in ora occid. Scotiæ Regni. hodie Insulæ Occidentales, vulgo *The Westernes Isles of Scotland* Scotis, & Anglis, & *Inch Gall* Hibernis, vide fusius in voce Occidentales insulæ.

* *Timothei Pont*, Aebudæ insulæ, seu Hebrides lustratæ. tab. Amstel. apud Jo. Blaeu.

Ebura, aliis V. Libora.

Ebura, *l'Eure*, fluv. Galliæ. Oritur in Perticeoli prov. è sylva Lognica, ad Sequanam se exonerat paulo supra Pontem Arcuensem, & ad duos Amantes.

Eburaici. V. Eburovicences & Ebroicæ.

Eburobritium, nunc *Alcobaça*, castrum in Extremadura, antea *Evora de Alcobaça* dictum, una leuca ab Oceano, 4. à Leiria in Merid. Olysipponem versus 14.

Eburodunum. V. Ebrodunum.

Eburones, pop. fuere Galliæ Belg. juxta Mosam fluv. inter Ubios & Treviros ad ort. & Menapios Aduaticosque ad occasum.

* *Huberti Thomæ*, Comm. de Tungris, & Eburonibus, &c. extat in Tom. 1. rerum Germanic. *Sim. Schardii*, pag. 536.

Eburovices, populi Galliæ Celticæ, aliis Ebroicæ, & Aulerci Eburovices dicti, erant inter Velocasses ad Bor. Lexovios ad occas. Aniercos Diablintes ad Merid. & Carnutes ad ortum, in Normannia provincia.

Eburum, nunc Olomucium, *Olmutz* incolis & Slavis, *Ulmitz* Germanis, urbs Moraviæ antea primaria in Bohemiæ regno, (Episcopalis) ad Morawum fluv. 7. mill. Germanicis à Bruna versus ort. æstiv. 20. à Vienna in Septentr. totidem a confinio Poloniæ in occasum. Vide Olomutium.

Ebusus, una ex duabus Pityusis in mari Balearico, aliis Ebyssus, olim etiam Pityula major, nunc vulgò *Iviça* incolis, *Evisse* & *l'Isle d'Evisse* Gallis, *Evissa* Italis, ins. est parva Hispaniæ, & regni Majoricæ pars, inter Majoricam ins. ad ort. à qua 12. leucis Hispanicis, & oram regni Valenciæ & Dianium promontor. ad occas. à quo 15. leucis, ejus circuitus est 80. mill. pass.

☞ Nullum animal nocivum reperitur in insula.

Ecæ, seu Aecæ, oppid. Hirpinorum in Italia, Ecana aliis, nunc Troja, *Troia*, urbs regni Neapolitani in Apulia, & in prov. Capitanata, Episcopalis est sub Archiepiscopo Beneventano, ad Chilorum fluv. ad radices Apennini, 8. mill. pass. à Luceria in Meridiem Bovinum versus, & 25. mill. à Benevento in ort. Manfredoniam versus 30.

l'Ecaut. V. Scaldis.

Ecbatana, dicitur etiam ab aliis Ecbatanis, urbs ampla Imperii Persarum, Mediæ regionis caput, olim sedes regis, nunc est Tauresium, seu Tabresium, *Tauris*, urbs ampla regni Persiæ, & antea sedes regia, in prov. *Adirbeitzan* dicta, subest Regi Persarum.

* *Chardin*, in Itiner. Persiæ.

Ludov. Morer. in Dict. histor. V. Tauris.

Tavernier, in Itiner. Persiæ.

Ecclesiæ Ditio, sive Ecclesiastica ditio, & Sanctæ Sedis dominium, *lo Stato della Chiesa* indigenis, *l'Estat de l'Eglise*, sive *l'Estat du Pape* Gallis, *el Estado de la Iglesia* Hispanis, pars est ampla Italiæ & in ejus meditullio, sub dominio Pontificis Maximi, cui subest. Terminatur à Septentr. dominio Reipublicæ Venetæ, & Mari Adriatico, ab ortu Regno Neapolitano, à Meridie mari Tyrrheno, & ab occasu magno Ducatu Hetruriæ & Ducatu Mutinensi.

* *Vinc. Coronelli* ponit figuras Urbium Status Eccles. in (Teatro delle Città) p.3.

In Bullario Laertii Cherubini plurimæ extant Pontific. Roman. Constit. circa Regimen Status Ecclesiastici.

Ecclesiæ, *la Ciudad d'Iglesias*, Villa Ecclesiæ. Vide ibi.

Ecclesiastica Ditio, aliter Ecclesiæ ditio. Vide ibi.

Ecclesiensis Ager, *il territorio de Iglesias*, tractus Sardiniæ in prov. Calaritana, prope Ecclesias urb. & Sulcitanam insulam.

De Ecclesiis per Orbem Scriptores quærantur Verbo. Templum.

Ecdippa, seu Ecdippos, antea Achazib & Acziba, urbs Palæstinæ, in ora litt. maris Syrii, hodie ubi *Sandalia* castrum, 16. mil. p. à Ptolemaide in Sept. Tyrum versus 8.

Ecelesta. Vide Methymna Cœli.

Echedorus, fluv. Macedoniæ in Migdonia tractu, aliis Chidorus, in sinum Thermaicum se exonerat prope Thessalonicam urbem; ab exercitu Xerxis exsiccatus est, ut ad bibendum non suffecerit, nunc *Calics*, & *Vera-saser*.

☞ (margin mark beside Echedorus entry)

Echetra, urbs Latii, olim Vulscorum caput, aliis Ecetra, excisa.

Echinades Insulæ, vulgò *le Curzolari*, *les Curfolaires* Gallis, insulæ 5. maris Jonii inter ostia Acheloi fluvii, & Araxum prom. à Cephalenia 12. mil. p.

* *Vinc. Coronelli*, de illis in Isolario cum figura.

Th. Porcachius ponit fig. & eas describit in *Isolario italico* sub titulo *Curzolari*.

Jo Bapt. Rosarius, vom Sieg der Christen bey den *Insul Echinades*. Venedig. 1571. in 4.

Aug. Thuanus, de Echinadum 5. Insulis, in Histor. lib. 38. & 50.

Petr. Villaroelus [illegible], Naumachia Echinadum, in qua B. Virg. precibus de Turcis Christianorum miraculosa Victoria. Neapoli. 1614.

Echinus, urbs Phthiotidis marit. in Achaiæ confinio, ad sinum Pagasæum, inter Larissam ad Sept. & Sperchium ad Merid. quæ nunc *Scarsia* in castrum redacta.

Echinus, oppid. Epiri, in finibus Acarnanum, *Tolgus* nunc.

Echternach. V. Andethanna.

Ecija. V. Astigi. V. Astygi.

Eckelfurtum. Vide Ekelenfordia.

Eclanum, Æculanum & Frequentum *Fricento*, urbec. in Principatu Ulter. Episc. ad Tripaltum fluv.

l'Ecluse. V. Clausulæ. V. Augusta Claususa.

Ecnomus, mons Siciliæ, in ora maris Africi, ad ostia fluv. Himeræ, *il Monte d'Alicata*, in valle Netina inter Gelam, & Agrigentum, 15. mil. utrimque distans.

Ectenai, Græciæ pop. qui primum Thebas incoluerunt in Boetia.

Ectini, Alpini pop.

Ecthal. V. Ectodurum. V. Hectodunum.

Ectodurus, *Echtal*, castrum Sveviæ, inter Campodunum & Cntiam, aliis *Leutkirch*, urbec. Sveviæ ad fluv. *Eschach*, 3. mil. germ. à Memminga, 6. à lacu Brigantino in Algau tractu.

Edana, urbs juxta Euphratem.

Eda. V. Bætius.

Edana. V. Igædita.

Edel. V. Rha.

Edelberga, melius Heidelberga. Vide ibi.

Eden, ins. Tigris fluv. infra Seleuciam magnam, à qua 12. m. p. & circuitus 10. *Gezaira* nunc.

Eden. V. Ituna.

Edenborow. V. Agneda. V. Alata Castra. V. Pteroton. V. Stratopedun. V. Edenburgum.

Edenborrow Frith. V. Bodotria.

Eden-

Edenburgum, *Edenbourg*, urbs Scotiæ Regni Caput, & Sedes Regum in Scotia meridionali, & in Landonia prov. aliàs dicta Alata Castra, (Episcop.) uno mil. distat à Letha portu, *Lyth*, & à Bodotria æstuario, & à Pertia



in merid. & 28. à Sterlillo in ortum, Baroicum versus 43.

Eder. V. Adrana. V. Aedera.

Edera, *l'Ierre*, fluv. Galliæ in Bria prov. in Sequanam se exonerat ad Villam novam S. Georgii, 5. leucis supra Parisios.

Ederington. V. Adurnum.

Eiernay V. Hadrianopolis.

Edessa. Vide Ædessa.

Edessa, urbs Mesopotamiæ, est Archiepiscopalis, olim Antiochia & Callirhoe, postea Justinopolis, nunc *Orfa*, & *Rhoa* Arabibus, & *Orrhoas*, est ex præcipuis Diar-Bechiæ reg. sub Turcis, media inter Aleppum ad occas. & Amidam ad ort. uti inter Euphratem fluv. ad occas. & Chaboram ad ort. 49. mil. distat à Samosatha in ortum, 45. à Hierapoli.

* *Severinus Binius*, de Edessæ in Syria Tribus Conciliis, in Collect. Conciliorum, tomo 1.

Aug. Calcagninus, dell'Imagine Edessena, libri 2. con osservationi historiche. Genova 1639. in 4.

Franc. M. Florentinus, Edessanorum Anni quomodo numerati in Martyrologio, in Martyrol. Vetust. Occidentalis Ecclesiæ, pag. 188. & de Edessena Imagine I. C. Romæ servata. ibid. pag. 702.

Jo. Giachetti, Iconologia Salvatoris, de Imagine Chr. ab eo ad Abagarum missa. Romæ, 1628. in 8.

Jac. Gretserus, de Imag. I. C. Edessena, in sua dissert. de Imaginibus non manufactis, quæ accedit ejus operi, de Constantinopol. Officiis, edito Paris. 1625. in fol.

Franc. Grisondi, Historia de Archiepiscopatu & Ecclesia Civitatis Edessæ, prænotata, Memoriæ Edessenæ. 1664.

Jo. Jac. Hofman in Lex. univ. V. Edessa.

Steph. Menochius, de Epistola, & imagine Chr. ad Abagarum missa, (nelle Stuore) cent. 1. cap. 77.

Constantini Porphyrogennetæ, Narratio de Christi Imagine ad Abagarum missa, exque Edessâ Constantinopolim translata, Græc-Lat. Extat in Franc. Combefis Manipulo Originum, Rerumq. Constantinopolitanarum. Paris. 1664. in 4.

Joseph. M. Soresinus (obiit 1676.) de Imagine Chr. in Basilica ad Sancta Sanctorum custodita.

... de Edessenorum Constantia, in Orthodoxographia Sanctorum Patrum edita Basil. 1569. in tomo 1. pag. 9.

in Actis Eruditorum Lips. fusè disseritur de imagine ad Abagarum, in anno 1686. pag. 464.

Edessanus Comitatus, *le Comtè d'Edesse*, unus fuit ex quatuor Principatibus Latinorum regionis in Oriente, erat in Mesopotamia.

Edetani, pop. Hispaniæ Tarrac. quorum termini erant ad Septentr. Sedetani, ad Occid. Bastetani, ad Merid. Contestani, ad ortum versus sinum Sucronensem extendebantur, circiter ubi nunc pars septentrionalis Regni Valentiæ.

Edgehill. V. Edgemons.

Edgemons, *Edgehill*, vicus Angliæ in Varvicensi Comitatu prope Kintonium.

Edgeworth. V. Salloniacæ.

Edom. Vide Idumæa.

Edonus, mons Thraciæ, Edon aliis.

Edrenos. V. Adranes.

Edri, ins. in ora lit. Valliæ fluv. & Arvoniæ Comit. 3. mil. angl. à Gargano prom., & 40. ab ora Hiberniæ in ort.

Edron, portus Venetiæ regionis in Italia, nunc *Porto Sabione*, in ora maris Adriatici, & juxta Fossam Claudiam.

Edros, sive Hedros, ins. parva Britanniæ majoris in mari Virginio, nunc *Bardesey*, estque parvi circuitus, & Angliæ adjacet in ora Valliæ sept. & Arvoniæ Comitatus, 3. mill. Angl. à Ganganoro prom. & 40. ab ora Hiberniæ ins. in ortum.

Edulius, mons Hispaniæ Tarracon. in Celtiberis, ab aliis etiam Medulius dictus, Durio fluvio imminet, & *Mandurria* ab accolis vocatur.

Edus, parvus fluv. Liguriæ, *Sadodela* nunc, in finibus Genuensium, in Porciferam fluv. influens ad Pontemdecimum.

Eems. V. *Ems*.

Eenhamum, *Eenhame*, oppid. aliàs Belgii, Brachbantii tractus caput, nunc vicus Comitatus Flandriæ, ad Scaldim fluv. una leuca infra Aldenardam in Sept. Gandavum versus.

Errenbreistein. V. Erenberti lapis. V. Hermansteinum.

Efeso. V. Ephesus.

Efflui, populi Sarmatiæ Europææ, ad sinum Venedicum; quorum regio Livonia dicitur.

Eftia, pagus inter Trevirenses, & Agrippinenses, non longe a Plumiæ, & Celbis fluviorum fontibus.

Ega, *l'Ega*, fluv. Hispaniæ. Oritur in Alava prov. & in Iberum fluvium se exonerat e regione Calagurris.

Egabra, vel Ægabra, & Agabra, urbs Hispaniæ Bæt. postea Episcop. sub Archiep. Hispalensi, nunc est *Cabra*, castrum Vandalitiæ in Diœcesi Giennensi, prope Anam minor. fluv. & confinia Regni Granatæ, dicitur etiam Egabro & Egabrum.


Creophilus de finibus Ephesiorum.

Jo. Jacob. Hofman in Lex. univ. V. Ephesus.

Plinius, libro 5. cap. 29.

Ephyre, pagus Sicyoniæ ... Peloponneso, ad Selleuntem fluvium.

Ephyre, sic dicta fuit Corinthus urbs à nympa.

Ephyris, oppidum Laconiæ.

Epiacum, oppid. Brigantum in Britannia magna, nunc *Pap-castle*, castrum Angliæ in Cumbria provincia, ad Dervetionem fluv. 3. mill. ab ora maris hibernici, 16. à Carleolo in occasum, & totidem à proximiori littore Scotiæ in Meridiem.

Epicaria, oppid. Dalmatiæ, nunc est *Padoros*, castrum Albaniæ inter Lissum ad Septentr. & Dyrrachium ad Meridiem.

Epidamnus. Vide Dyrrachium.

Epidaphne, sic cognominata fuit Antiochia magna. Vide Antiochia.

Epi-

Epidasum oppid. Cypsi meditter. nunc *Pitarevil* pagus.

Epidautus. Vide Ragusium.

Epidaurus, urbs Peloponnesi in Argia regione, in ejus ora orientali, ad sinum Saronicum, prope Spiræum promontorium Æsculapii Fano celebris, nunc *Pigiada* dicta, & *Esculapio*, & hinc Epidausius nomen gentis.

Epidaurus Limera, urbs Peloponnesi in Laconia regione, postea Monembasia dicta, & Archiepiscopalis facta, vulgò *Malvasia*, & à Gallis *Malvoisie*, nunc in Tzaconia regione, sita est in ora littorali ad initium sinus Argolici, in rupe in modum insulæ undique mari cincta, portum habens, & arcem in colle vicino, 50. mill. distans à Sparta in ortum, & 65. à Scyllæo promont. in Merid. Maleam promontor. versus 30. circiter, nunc sub Veneta Repub.

* *Vincent. Coronelli* eam describit cum fig. (nella Morea, nell' Isolario, e nel Teatro delle Città) par. 1.

l' Epideno. V. Apidanus.

Epidii, populi fuere Britanniæ maioris, seu Britanniæ secundæ, ubi nunc Cantira, *Cantyr*, provincia Scotiæ merid. versus Oceanum & Hiberniam, prope Glotæ æstuarium.

Epidium, insula Britanniæ majoris, in ora occid. & una Ebudarum, nunc vulgò *Yla* dicitur, in ora occidentali Scotiæ, estque longitudinis 20. mill. Scoticorum, 20. mill. distans à littore Hiberniæ in Septentrionem, & 15. à proximiori ora Scotiæ in occas. Juræ insulæ adjacens ad Meridiem.

Epidium, promontor. Britanniæ majoris, nunc est *The mule of Cantire* indigenis, *la Mule de Cantir* nautis Gallis, estque in Cantisia prov. Scotiæ versus Occidentem, magis versus Meridiem extensum, 10. mill. pass. ab ora proximiori Hiberniæ in ortum æstivum.

Epila, *Epila*, vicus Hispaniæ in Aragonia, ad Salonem fluv. 5. leucis à Cæsar-Augusta in occasum.

Epila. V. Sagontia. V. Secontia. V. Epila.

Epiphania, urbs Syriæ, Episcopalis sub Patriarcha Antiocheno, prope Orontem fluv. sic à Macedonibus dicta, cum prius Emath vocaretur, nunc *Aman*, sub Turcis, media est inter Antiochiam ad Septentr. & Damascum ad Merid. 80. mill. utrimque, atque 59. à Chalcide in Merid. ut 18. à Larissa, Arethusam versus 16. & Emesam 32.

Epirus, Europæ regio, & pars Græciæ late sumptæ; terminatur à Septentr. Macedonia, ab Oriente Thessalia, à Meridie Achaja, & ab Occid. mari Jonio, & in Barbaram & Græcam distincta fuit, ex quibus Barbara erat versus Septentr. & in veterem & novam divisa fuit posterioribus temporibus, sub veteri erat Epirus propria, sed nova Epirus complectebatur partem Macedoniæ, quæ nunc Albania dicitur.

Franc. Blandi, Lexicon Latino-Epiroticum. Romæ 1635. in 8.

Vincenzo Coronelli, Conquiste della Rep. di Venetia nella Dalmatia, Epiro, e Morea, durante la Guerra contro Mecmet IV. nelli due Anni del Principato di Marco Ant. Giustiniano Doge di Venetia &c. Venet. 1686. in fol.

Jo. Jac. Hofman, in Lex. univ. V. Epirus.

Laurembergii, Epirus, volgò Albania. Amstelod. ap. Jo: Jansonium.

Ger. Mercatoris, Epirus, Macedonia, Achaja. Amstel. ap. Jo: Jansonium.

Jac. Palmerius, de Epiro in ejus Græcia antiqua. Amstel. 1678. in 4.

Plinius, in libro 4. cap. 1.

Cl. Ptolemæus, in Tabula X. Europæ.

Raphael Volater. in Comment. Urbanis, lib. 8.

Epiri Concilium sub Horsmida, in edit. Concil. Paris. 1644. in tomo X. pag. 622.

Tab. Macedonia, Epirus, & Achaja. Amstelod. apud Jo: Blaeu.

V. qui de Græcia. V. Albania.

De Episcopatibus, & Archiepiscopatibus Orbis Totius in Genere, ut & de Episcopis, & Archiepiscopis, itidem in Genere, Scriptores; de illis enim in particulari Scriptores extant propriis in Locis.

Plerique sunt in sequentibus, qui contra Romanæ Ecclesiæ seorsum scripserunt, qui omnes sunt prohibiti.

* *Lud. Abelly*, Enchiridion Episcopalis Sollicitudinis. Paris. 1668. in 4.

Arnaldi Alaluensis, de Erectione Episcopatuum in Belgio.

Nat. Alexandri, *ord. Prædic.* Dissertatio de Divina Episcoporum supra Presbyteros Eminentia, adversus *Blondellum*, extat cum *Alexandri* Opere inscripto, selecta historiæ ecclesiasticæ capita. Paris. 1679. in 8.

Lælius Allogradus, an Episcopus debeat habere præcedentiam à Principe? Consilio 1. per totum, lib. 1.

Emmanuelis Alvarez Pegas, tractatus de Competentiis inter Archiepiscopos, Episcopos & Nuntium Apostolicum, &c. Lugd. 1675. in fol.

Stephani de Alvin ord. min. tract. de potestate Episcoporum, Abbatum, aliorumq; Prælatorum, & Abbatissarum. Paris. 1607. in 4. & 1614. in 8.

Mauritii de Alzedo, de præcellentia Episcopalis Dignitatis, deq. Episcopi functionibus ac potestate &c. Lugd. 1630. in 4. 1625. in fol.

D. Ambrosii, Epistolæ de potestate Imperiali, & Episcopali.

Jo: Caroli Antonelli, de Episcopalis Ecclesiæ Regimine, tomi 2. Venet. 1672. in 4. Velitris. 1652. in 4.

S. Antoninus, de Episcoporum Officio, Dignitate &c., & Archiepiscoporum etiam, & usu Pallii &c. in Summa, parte 3. tit. 20. cap. 1. a. 3. ubi & de Episcopis Universi Orbis.

D. Thomas Aquinas, de Episcoporum statu & ad eum pertinentibus, in 2. secundę, quęstione 188.

Franc. Arias, Tract. de Episcoporum Jurisdictione. Romę. 1565.

S. Athanasii Patriarchæ Constantinopolitani, de Episcoporum necessaria Residentia, Epistolæ VIII. extant in Bibl. Patrum.

Altobello Averoldo, Dieci Libri del buon governo de Vescovi. 1550.

Antonii Augustini, de perfecto Jurisconsulto & Episcopo. Paris. 1607. in 8.

S. Augustinus, in Anniversario Ordinationis Episcopi, in tomo 10. operum, homil. 24. & 25.

Jo: Bagotii S. I. Defensio Juris Episcopalis, prodiit primùm gallicè Paris. 1655. in 8. & per authorem latinitate donata. Romæ. 1659. in 8. & prohibetur in Ind. Rom. sequens opus, Regles tres importantes tirées de deux Passages &c. pour servir d'Eclaircissement à l'Examen du Livre du *Pere Bagot*, intitulé, Defense du Droit Episcopal.

Rob. Baille: The onlawfulness and danger of limited Episcopacy. London 1641 in 4.

Dominici Balthanasii ord. Prædic., de la Residencia de los Obispos, in suo opere apologia en ciertas materias en que ay opinion. Hispali. 1556. in 8.

Aug. Barbosa, Pastoralis Sollicitudo, seu de Officio & potestate Episcopi, 3. partibus, cum Formulario Episcopali. Lugd. 1665. in fol. ibidem 1655. in fol. Venet. 1656. in fol. Col. 1661. in 8. Paris. 1625. in fol. Venet. 1635. in fol. Romæ. 1623. in 4. Lugd. 1654. in fol. & 1644. in fol.

M. Ant. Baudrandus, ponit syllogem omnium Episcopatuum, & Archiepiscopatuum totius Orbis juxta præsentem Ecclesiæ statum, in Geogr. ord. liter. disp. in fine partis primæ.

Marcus Battaglinus, quòd S. Gregor. Magnus non acceptando titulum Episcopi universalis nullum intulerit Supremæ Sedis Apostolicæ Potestati præjudicium, adversus Maimbourgium, in Histor. Concil. tomo 1. mihi fol. 564., & fol. 574.

Rob. Card. Bellarmini, Admonitio de Officio Episcopi ad Nepotem Episcopum Theanensem, cum auctario Col. 1619. in 12. & cum Tractatu *Christoph. Winzleri*, de Jurisdictione Germanię Episc. Colon. 1665. in 8.

Rutilii Benzonii, Speculum Episcoporum & Parochorum, in quo libris tribus agitur, de Fuga ipsorum in Peste, Fame, & Bello. Venet. 1595. in 4.

Beyer, de authoritate & necessitate Episcoporum, cum aliis Tractatibus. Bruxellis in 8.

Jo: Bilstein S. I. Catena aurea Virtutum Episcopalium. Osnaburgi. 1632.

Petri Blesensis, de Institutione & Investitura Episc. scil. Canon Episcopalis, extat inter ejus Opera edita Moguntiæ. 1600.

Davidis Blondelli, Apologia pro Sententia *Hieronymi*, de Presbyteris & Episcopis. Amstel. 1646. in 4.

Sam. Bocharti, Epist. de Presbyteratu & Episcopatu &c. Amstel. 1630. in 12.

Frid. Borromæi Cardinalis, libri 3. de Episcopo Concionante. Mediol. 1632. in fol.

Nic. de Bralion, Pallium Archiepiscopale. Paris. 1648. in 8.

Franc. M. Brancatii, de Optione

sex Episcopatuum S. Romanæ E. Card. disceptatio. Viterb. in 4.

Robert Brooke; Discourse of the nature of that Episcopacy, whic is exercited in England. London. 1641. in 4.

Casp. Bruschii, de omnibus Germaniæ Episcoparibus & Archiepiscopatibus annales. Francof. 1614. in 8. pag. 742. cuius operis prodiit epitome Norimbergæ. 1549. in 8.

Gerf. Buceri, Dissertatio de gubernatione Ecclesiæ, maximéq. de Presbyterio & Episcopatu. Middelburgi-Zeland. 1618. in fol.

Henrici Bullingeri, de Episcoporum, qui Verbi Dei Ministri sunt, institutione & functione tract. libris 2. Tiguri. 1538. in 4.

Thomæ Cajetani de Vio, de Episcoporum Residentia. Venet. 1562.

Thomæ Campegii, tract. de Residentia Episcoporum, extat inter Tr. Tr. in Tomo XV. parte 2. fol. 537. *Ejusd.* tract. an Electus & Consecratus à Schismaticis sit verè Episcopus? Venet. 1555. in 8. inter Tract. Trac.

Jo Caramuelis a Lobckowitz, Hierarchia Ecclesiastica, de Pontificia, Archiepiscoporum, Episcoporum, Abbatum &c. Promotione, Electione, &c. Pragæ. 1653 in fol.

D. Ivonis Carnotensis Episc. de Episcoporum Investituris, tract. Hanoviæ. 1611. in 4. pag. 183.

Barthol. Carranza de Miranda, de necessaria Residentia Episcoporum & aliorum inferiorum Pastorum. Venet. 1547. in 4. ibid. 1569. in 4.

Andreæ Castaldi C. R. Cæremoniale Episcoporum Neap. 1625. f.

Ambrosii Catharini Senensis, quo Jure Residentia Episcoporum debeatur? Venet. 1547. in 8. & 1562. in 4.

Jo: Chenu, Chronologica Historia Episcoporum & Archiepiscoporum Galliæ. Paris. 1621. in fol.

D. Petrus Chrysologus, de Episcopi Consecratione, Serm. 130., 165. 175.

S. Jo: Chrysostomi, de Episcopatu & Sacerdotio Dialogus, in quo de dignitate & onere Episcopi, versus a Germano Antisiodorensi. Marpurgi. 1537. in 8. extat etiam M. S. in Bibl. Cæsarea. *Ejusdem* de difficultate muneris Episcopalis. Græcè. Lovanii. 1589.

Theoph. Churchman, History of Episcopacy in II. Parts. London. 1642. in 4.

Lud. Ciantes, della Perfettione dovuta allo Stato del Vescovo. Roma. 1640.

Franc. à Sancta Clara, Apologia Episcoporum Col. Agrip. 1640. in 8.

Clemens Romanus, de Episcopis indignis, in Apostolicis Constitutionibus, libro 8. cap. 2.

Herm. Conringii, de Constitutione Episcoporum Germaniæ. Helmst. 1647. in 4. *Ejusdem* Defensio Ecclesiæ Protestantium contra Pontificiam Successionem Episcoporum. ibidem. 1654. in 4.

Casp. Contareni, de Officio Episcopi libri 2. inter ejus opera edita, Venet. 1678. pag. 401.

Pyrrhus Corradus ponit Descriptionem omnium Episcopatuum totius Orbis, in suo opere, Dispensationum Apostolicarum Praxis. Col. Agrip. 1678. in fol.

Paridis Crassi, Cœremoniale Cardinalium, & Episcoporum in eorum Diœcesibus. Venet. 1582. in 4.

Stephani Delvini, Tract. de potestate Episcoporum, Abbatum, & aliorum Prælatorum. Paris. 1606. in 8.

B. Petrus Damianus scripsit Epistolam ad Hildebrandum Papam, qui fuit Greg. VII. Apologeticam, quare Episcopatum coram dimiserit, in qua Exempla ponit eorum, qui Episcopatibus se abdicarunt, extat in Bibl. Patrum (mihi) tomo 3.

Sam. Daniel, Archi-Episcopal priority instituted by Christ. 1642.

Antonini Dianæ Cl. Reg. tractatus de prisco modo Eligendi Episcopos contra quosdam Pseudo-Sorbonistas, & multa alia ad eos spectantia, in Resolut. moral., & in ejus Opere Coordinato Tomo IX.

Jo: Bernardi Diaz de Lugo. Colloquium exactissimam ab Episcopis post obitum exigendam rationem repræsentans. Paris. 1541. in 4.

Isaaci Faustii, Episcopus Uxoratus. Argent. 1674. in 4.

Franc. Janez Faxardo, Resolutio super Renunciationis revocatione facta à Regulari, si Episcopus fiat. Matriti. 1633.

Matth. Flacii, de Elect. Episcoporum. Francof. 1566. in 8.

Remigii Florentini ord. Prædic. collectio de Episcoporum Residentia. Venet. 1562. in fol.

Jo: Bapt. Fragosus S. I. de Episcopis & Archiepiscopis, in suo Tractatu, de Regimine Reipublicæ Christianæ, tomo 2. disput. 17. 18. 19. 20.

Didaci Ant. Frances de Urrutigoyti, Pastorale Regularium, de Episcoporum, & Regularium Juribus. Lugd. 1655. in fol.

Laurentii de Franchis Neapolitani, Decisiones Controversiarum inter Episcopos, & Regulares, & Laicos. Avenion. 1632. in 4. & cum additionibus Zachariæ Pasqualigi Cl. Reg. Romæ. 1656. in fol. & Col. 1670. in 4.

Didaci de la Fuente Hurtado S. I. de Potestate Episcopi circa Excommunicationem Canonicorum absq. Adiunctis, tractatus. Cæsaraugustæ. 1654. in fol.

Barthol. Gavanti, Praxis Episcopalis. Venet. 1634. in 4. *Ejusdem* Manuale seu Enchiridion Episcoporum, Antu. 1652. in 4.

Ant. Gerundæ S. I. de Episcopo, seu de Episcopatus ratione libri 4. tomus 1. Neapoli 1649. in fol. & tomus 2. ibidem. 1653. in fol.

Hier. Gigantis, tract. de Residentia Episcoporum. Venet. 1569. in 8. & inter Tract. Tract. tomo XIII. parte 2. fol. 369.

Gilberti Tornacensis, ord. min. Tract. de Officio Episcopi, & Ecclesiæ Cæremoniis. Col. 1612. in 8.

Antoine Godeau, les Eloges des Evesques, qui dans tous les Siecles d' Eglise ont fleury en Doctrine & en Sainteté. à Paris. 1665. in 4.

Goffridi Abbatis Vindoc. Tract. de Ordinatione Episcoporum, & de Investitura Laicorum. Hanoviæ 1611. in 4. pag. 257.

Hier. Gonzalez, Glossema ad Regulam VIII. Cancellariæ Apostolicæ de Reservatione Mensium, & Alternativa Episcoporum. Romæ. 1611. fol. ibid. 1614. fol. Colon. & Genevæ. 1615. fol. Francof. 1610. in fol.

Annibalis de Grassis, tract. de Jurisdictione Ecclesiastica Episcoporum & Ordinariorum. Bonon. clar. 1553.

S. Gregorius Magnus, de Officio Episcopi, in Pastorali, tomo 5.

Petri Haffneri, quod Episcoporum sit Officium? Concio. Ingolst. 1508.

Joseph. Hall, Episcopacy by Divine Right asserted. London. 1640. in fol.

Henr. Hammondi, Dissert. IV. quibus Episcopatus Jura ex primæva antiquitate adstruuntur, contra *Blondellum, & alios*. Londini 1651. in 4.

Henrici de Hassia ord. Carthus. Dialogus inter Episcopum & Presbyterum.

Michaelis Havemanni, Helica Hiero-tactica, seu Dissertatio de Jure Episcopali. Hammipoli. 1646. in 8.

Petri Heylin, Cyprianus Anglicus, or the History of the Life and Death of Bischof Laud. Lond. 1608. in fol.

Joach. Hildebrandi, Exercitatio de Episcopis. Helmst. 1662. in 4.

Jo: Jacob. Hofman, in Cont. Lex. univ. V. Episcopus. V. Archiepiscopus.

Franc. Hottomannus, de Episcopis primitivæ Ecclesiæ. Genevæ. 1553.

Humfredi Hody, Anglicani novi schismatis redargutio, seu tractatus ex Historia Eccl. quo ostenditur, Episcopos iniustè licet depositos, Orthodoxi Successoris Communionem numquam refugisse. Græc-Lat. Oxonii. 1691. in 4.

Ejusdem causa sedium Episcopalium per iniustam, vel non canonicam depositionem vacantium, anglicè ubi tractatui cuidam, cui titulus, *Vindiciæ pro Episcopis depositis*, & aliis schedis tractatui Barocciano nuper oppositis respondetur. Londini. 1693. in 12.

Lælius Jordanus, de Caosis Majoribus Episcoporum, & Rerum Capitalium ad Papam deferendis. Venet. 1572. in 4.

Philippi Irenæi, tract. de Episcopatu contra Hallum. 1654.

Christophori Klee, Disputatio de Pallio Episcopali. Jenæ. 1672. in 4.

Philippi Labbe S. I. Polypticum Regium, hoc est Episcopatuum, & Beneficiorum spectantium ad collationem Regis Christianissimi collectio. Paris. 1648. in 4. *Ejusdem* Geographiæ Episcopalis Breviarium. Paris. 1661. in 12.

Caroli Labiæ Episcopi ex Cl. Reg. opus italicum; Imprese Pastorali estratte dalla Divina Scrittura che rappresentano l'Imagine del Vescovo perfetto, delineate con morali & eruditi Discorsi, Venet. 1686. in fol.

Matthæus Laboquerus, de formula loquendi (Episcopus Dei, & Sedis Apostolicæ gratiâ) & ejus origine, in Adversariis Sacris, libro 2. cap. 16.

Barthol. Latomi, liber de Episcoporum authoritate & potestate, contra Bucerum.

Jo. de Launoy de Victorino, Episcopus. Lugd. in 8.

Leo Papa IX. scripsit Epistolam ad Con-

Constantium Imperatorem, ne sineret, invalescere Valesios, qui Hospites suos etiam Castratos ad Episcopatum promovebant.

Jo. Franc. Leo, Praxis Archiepiscopalis. Venet. 1606. in 4.

Aloysii Lollini, Characteres Episcopalium Curarum. Belluni. 1630. fol.

Gio: Batt. de Luca, il Vescovo pratico. Roma. 1675. 4.

Alphonsi de Madrigalibus ord. Præd. Instructio Episcoporum. Neapoli. 1589. 8.

Ludovici Maimbourg (qui specialiter ab Ecclesia damnatur) de Institutione, & prærogativa Ecclesiæ Romanæ, ejusque Episcoporum, tractatus, gallicè. juxta exemplar Parisiense 1685. in 8., in quem Coloniensis quidam scripsit sequentem tractatum, Remarques d' un Theologien sur le Traité Historique de l' Etablissement, & prerogatives de l'Elgise de Rome, & de ses Evéque, composè pas *Mr. Maimbourg*. à Cologne. 1686. in 12.

Joan. Tob. Majoris, Exercit. de Sedibus Episcopalibus primatiis in veteri Ecclesia. Jenæ. 1648. 8.

Nicolai le Maistre, Tractatus de Episcoporum necessitate, splendore, &c. Paris. 1633. fol. *Ejusd.* Instauratio antiqui Episcoporum Principatus, & Religiosæ erga eosdem Observantiæ, ibid. 1633.

Troili Malvetii, de Episcopi dignitate. Bononiæ.

Ferdinandi Maphei, Discussua de insignitis amplo Episcopatus Charactere. Ferrariæ. 1668 in 12.

Josephi Mariæ Maraviglia C. R. postea Episc. Leges Prudentiæ Episcopalis. Taurini. 1677. 4.

Joan. Marbachii, Predigit. von dem Bischöfl. Strasb. 1569. 4.

Petri Marchantii ord. Min. Baculus Pastoralis, sive Episcoporum potestas in Regulares non exemptos. Brugis. 1638. 8.

Jacobi Marchantii, Resolutiones Pastorales. Antverp. 1655. fol.

Samuelis Marosii, Examen Quest. de Episcopi Origine contra *Joh. Prideaux* Gron. 1657. in 4.

Ant. Marques Augustiniani, Assuntos Predicables sobre los tres majores estades de la Iglesia, es a saber del Sacerdote, Predicados y Obispo. Tarracone. 1636. in 4.

Barth. à Martyribus, Stimulus Pastorum ex Sententiis Patrum concinnatus, in quo agitur de vita & moribus Episcoporum, aliorumque Prælatorum. Romæ. 1572. in 8.

Jos Ant. Massobrii, Praxis Episcoporum. Romæ. in 4.

Franc. Massonii, Vindiciæ Anglicanæ Ecclesiæ, de Legitimo Ministerio & Episcopis. Londini. 1646. fol. *Ejusdem*, a Vindication of the Church of England concerning consecration and Ordination of Bischops &c. With their Succession and Jurisdiction. London. 16-3. in fol.

Henry Maurice, a Defense of Diocesan Episcopacy, in Answer to a Boock of *Mr. Dav. Clarkson* entituled, *Primitive Episcopacy*. London. 1691. in 8.

Mazucci, scil. Mazzuci, Speculum Episcoporum. Romæ. in 8.

Seb. Medices, Tractatus de promovendis Episcopis. Macerat. 1592. in 12. Florent. 1592. in 8.

Michael Medina (quòd dixerit) S. Hieronymum, & alios Patres sensisse, Episcopum & Presbyterum idem esse; de qua materia Ant. Possevinus in Apparatu Sacro, Verbo. Michael Medina.

Henrici Meibomii, aliis *Meibomii*, tract. de Jure Episcopalis Investituræ Imperatoribus Romanis adempto. Helmst. 1650. in 4.

Franc. Meinardi Frisii, Disputatio de Juribus Episcoporum ad Cap. XVI. de Officio Judicis Ordinarii &c. Augustoriti-Pictonum. 1613. in 8.

Stephanus Menochius S. J. in opere Italico (le Stuore) utrum pro eligendis in Episcopatum magis sint idonei Theologi, an Canonistæ? in Cent. 7. c. 41. & quomodo intelligendum dictum D. Pauli, (Si quis Episcopatum desiderat, bonum opus desiderat) Cent. 10. c. 56. & de vi à D. Ambrosio, & à Sinesio Philosopho facta, ne eligerentur in Episcopos. Cent. 3. c. 67. & cur Episcoporum Peregrinationes Romam dicantur ad Limina Apostolorum? Cent. 6. c. 77. & de correctione a D. Petro Damiano facta cuidam Episcopo ob ludum Latrunculorum. Cent. 8. c. 63. & de veteri Episcoporum Electione à Populo. Cent. 8 c. 86.

Petri Merssai Cratepolii, liber de Germ. Episcopis & Orthodox. Doct. &c. Colon. 1592. in 8. *Ejusdem* omnium Archiepiscoporum Colon. Mogunt. & Trevirensium Catalogus. Col. 1560. Francof. 1614. in 8.

Walonis Messalini, idest *Claudii Salmasii*, de Presbyteris & Episcopis contra Petavium. Lugd. Bat. 1641. in 8.

Auberti Miræi, Geographia Ecclesiastica, seu Descriptio Locorum titulo Episcopali illustrium. Lugd. 1620. in 8. Paris. 1610. in fol.

Jos Narbona, tract. de Appellatione à Vicario ad Episcopum. Toleti. 1615. in 4.

Ant. Nazari, il Studente, il Sacerdote, il Vescovo, &c. 1685.

Feliciani Ninguarda ord. Prædic., de Instructione Episcoporum, & Parochorum liber. Romæ 1589.

Laurentii Ohmii, tract. de Jure Episcopali, extat inter Authores Westphaliæ. Hanoviæ 1614. pagina 515. in tomo 2. & in Nucleo, Giessæ Hess. 1621. pagina 225.

Felicianus de Oliva, an Episcopi habere possint familiam armatam? de Foro Ecclesiæ quæst. 1. parte 2.

Petri Opmerseni, aliàs Opmeri, Catalogus omnium totius Orbis Archiepiscoporum, Episcoporumque usque ad sua Sæcula. Colon. 1595. in. 8.

Henr. Orai, Nomenclator præcipuorum Ecclesiæ Doctorum, Scriptorum, Episcoporum &c. Francof. 1619. in 12.

Marci Antoni Pagani ord. minor. tract. de Ordine, Jurisdictione, & Residentia Episcoporum. Venet. 1570. in 4. 1574. in 4.

Idem de Episcoporum Regularium Votis, in Decisionibus montalibus.

Caroli à S. Paulo, Geographia Sacra; sive Notitia antiqua Episcopatuum Ecclesiæ universæ, adjectis notitiis Patriarchatuum, Metropolitanorum, Acephalorum, Archiepiscoporum, Episcoporum, Provinciarum & Urbium Imperio Constatinopolitano subjectarum, cum tabulis. Paris. 1641. in fol. Romæ. 1666. in 8.

Petrus Maria Passerinus, de Episcopis, Eorumque Officio, & Juribus in rebus Ecclesiasticis, & Spiritualibus & Temporalibus, in suo Tractatu, de Statu Hominum; in Tomo primo ferè per totum. *Idem* de Episcopo ex Regularibus electo, & de ejus Obligationibus, ibidem.

Jo: Pelsii, tractatus de Jurisdictione Episcoporum Germaniæ; extat cum ejus Processu Judiciario edito Coloniæ. 1598. in 8., & 1614. in 8.

Dionysii Petavii S. J. Dissertationes de Episcoporum dignitate. Paris. 1641. in 8.

Irenæi Philadelphi, Epistola contra Josephum Hall de Episcopatu Anglicano. Eleuther. 1641. in 4.

Pauli Piasecii, Praxis Episcopalis, cum Christophori Winzleri Tractatu de Jurisdictione Episcoporum Germaniæ. Col. Agrip. 1615. in 8. ibid. 1619. in 8. ibidem 1665. in 8. Venet. 1611. in 8. ibidem 1647. in 8.

Stephani Quaranta Tract. de Archiepiscopali dignitate, cum aliis ejus tractatibus. Lugd. 1622. fol.

Jac. Rabi, Ableinung der vermeinten Bischoffs-Predigt / so Anno 1596. zu Strasb gehalten ist / samt Einen Berichte / Wie sich ein Christl: Bischoff in diesen Zeiten halten soll. Cöln. 1570. in 4.

Arn. Raissii Duacensis; Belgica Christiana, de Episcopis Provinciæ Belgicæ. 1634. in 4.

Edwardi Raynolds, Judgement conc. Episcopacy. London. 1641. 4.

Hier. Regii, liber de Episcopatus appetitione, prænotatus, *Latrobius*.

Jac. Revii, Examen Dissert. Vedelii, de Episcopatu Constantini Magni. Amstel. 1642. in 4.

Gio: Battista Rinaccini, Discorsi della dignità & Officio de Vescovi; in Roma. 1951. in 4.

Andr. Riveti, Apologia pro Hieronymi Sententia de Episcopis & *Presbyteris*. Amstel. 1646. in 4.

Aloysius Riccius, de Episcopo, in Praxi Fori Ecclesiastici, parte 1. & parte 2. & potestates Episcopi in Regulares Praxis, parte 3. & Praxis authoritatis, seu potestatis Episcopi parte 3. & Episcoporum Titularium Praxis, parte 4. & Praxis cognoscendi Causas Episcoporum, parte 4.

Gasparis Romanicii, liber de Ultione Divina adversus Oppressores Episcoporum. Lugd. 1529.

Pauli Francisci Romanii, Disputatio de Jure Episcopali. Lipsiæ. 1670.

Thomæ de Rosâ, de vera Residentia Episcoporum. Neapoli. 1679. fol.

Raymundi Ruffi, Defensio Pontificis, Cardinalium Episcoporum, totiusque Ordinis Sacri. Paris. 1553.

Ruffini, opus de Appetitione Episcopatus.

Lucas

Lucas Salgado, de Origine procedendi contra Episcopos in Causa Heresis disputatio, quam Laudat Franciscus Pegna.

Scav. & Lud. Sammarthanorum, Gallia Christiana, qua series omnium Archiepiscoporum, Episcoporum & Abbatum Franciæ &c. deducitur, Tomis IV. Lips. 1656. fol. Paris. 1656. in 4.

Ludovici de Saravia, Tractatus de Jurisdictionibus Adiunctorum Coadjuvantium Episcopum contra Præbendatos suos Criminaliter procedentem. Cesaraugustę, & Venet. 1614. in 4.

Andr. du Saussay, Panoplia Episcopalis, Paris. 1645. fol.

Pauli Schridlichii, Bericht, de Officio Episcopali, germanicè. Schmalk. 1589. in 4.

Emmanuel Schelestrates prisca Episcoporum Jura exponit in suo Concilio Antiocheno edito. Paris. 1680. 4.

Friderici Schenck, Enchiridion veri Præsulis, seu de Officio Episcopali. Antuer. 1525. 4.

Christophori Schillingii, Opusculum de Episcopi Fidei Commissis. Hallę. 1685. in 4.

Jacobi Simanca, liber de Episcopali Dignitate. Romæ. 1579. Antu. 1575. 8. Venet. 1508. 8.

Smectymnii, An AnsWer to the humble Remonstrance concerning the Liturgy and Episcopacy. London. 1641. in 4.

Stanislai Socolovii, Oratio de Consecratione Episcopi, inscripta, Epitalamium Episcoporum cum sua Sponsa Ecclesiastica, extat cum aliis ejus Orationibus editis. Colon. 1583. 8. estque prima inter quatuor ejus Orationes, quæ prodierunt Romæ etiam. 1602. in 4.

Theologorum Doctorum Sorbonæ, tractatus de antiquis & majoribus Episcoporum Causis, ad confutationem Erroris Davidis in libro inscripto, de Judiciis Canonicis Episcoporum Sorbonæ. Leodii. 1678. in 4.

Franc. de Sosa ord. min. tractatus de his, ad quæ obligantur Episcopi ad Episcopatum ex Regularibus assumpti, hispanicè. Madriti. 1631.

Alexandri Sperelli, Opus tripartitum Ethico Politico Sacrum, de Episcoporum munere & jurisdictione, ex Italico Latinè per *Annib. Adamum S. J.* tomis 2. Romæ. 1670. fol. & italicè inscriptum, il Vescovo, partibus 3. Romæ. 1656. fol.

Bartholomæi Spina Ord. Prædic., de præsumptuoso appetitu ad Episcopatum, in vol. 2. operum.

Pauli Squillante, de Obligat. & Privileg. Episc. Neapoli. 1649. in 4.

Caroli Stengelii, Optica Episcoporum & Prælatorum, Colon. 1684. 4.

Steyaert Docteur en Theologie de la faculte de Lowain contenant la justification de la preeminence des Conciles Ecumeniques & de la Jurisdiction des Eveques de Droit Divin. à Lille. 1687. 4.

Jeremy Taylor, of the order and offices of Episcopacy. Oxony. 1642. in 4.

Jo: Wolphg. Textoris, disputatio de Jure Episcopali in Terris Protestantium. Altorfii. 1671. in 4.

Theodoreti Episc. Cyrenensis, Catalogi Episcoporum in Præcipuis Ecclesiis &c. Basil. 1556.

Guiberti de Tornaco ord. min. tract. de Officio Episcopi, & Ecclesiæ Cæremoniis scriptus ante annos 500. Colon. 1571. in 12.

Jac. Triglandini, de Episcopatu contra *Vendelinum*. Leydæ & Amstelod. 1642. in 12.

Franc. Turriani, de Episcoporum Residentia contra *Ambrosium Catharinum*. Venet. 1562. pag. 16. 651 107. in tomo 2.

Matthæi Tympii, Speculum Episcoporum, Canonicorum, Sacerdotum, &c. Moguntiæ. 1614. in 8.

Gregorii de Valentia, S. J., de Discrimine Ordinis Sacerdotalis & Episcopalis. Lugd. 1587.

Augustini Valerii, Episcopus, & Cardinalis descripti unà cum vita S. Caroli Borromæi per eum descripta, & edita Veronæ. 1604. in 4.

Nicolai Vedelii, de Episcopatu Constantini Magni, &c. dissertatio. Leovardiæ. 1642. in 12. Delphis. 1661. in 12. *Ejusdem*, de Tempore utriusque Episcopatus, Antiocheni, & Romani S. Petri. Genevæ. 1624. in 8. *Ejusdem*, Refutatio Historiæ Episcopatus Antiocheni S. Petri. ibid. 1624. in 8.

Josephi Vela, de potestate Episcoporum circa inquirenda & puniendae Crimina in suis Diœcesibus Commissa, & de Invocatione Brachii Secularis, ad cap. 1. de Officio Judicis Ordinarii. Granatæ. 1635. in 4.

Hieronymi Veneri de *Leyva*, *vel Lyeva*. Examen Episcoporum, &c. Venet. 1599. fol., ibid. 1645. fol. ibid. 1649. fol.

Leonardi Veneti, de Residensia Episcoporum. Venet. 1652.

Jo: Bapt. Ventriglia, tractatus, de Jurisdictione Archiepiscopali. Neapoli. 1636. in fol.

Jo: Vergerius Haur. Sancyranus, sub nomine *Petri Aurelii*, opus, de Jure Episcoporum.

Ferdinandi Ughelli, Italia Sacra, sive de Episcopis & Archiepisc. Italiæ & Insularum adjacentium, tomis 9. Romæ. 1644. fol. & usque ad annum 1656. Romæ. 1659. fol. *Eadem* in epitomen redacta & aucta à *Julio Lucentio*.

Barthol. Ugolini, de Officio & potestate Episcopi tractatus, partibus 2. Bononiæ. 1609. fol. Venetiis. 1610. in fol. Romæ. 1617. in fol.

D. D. Vida, Bischops defended from Scripture, Laws, and other undeniable Authors. 1641. in 8.

Hier. Vielmi ord. Prædic., de Episcopi optimo munere, Oratio Apologetica. Venet. 1575.

Casp. de Villachoaga, Obligaciones del Obispo Religioso. Madriti. 1631.

Campegii Vitringa, Archisynagogus observationibus novis illustratus, quibus veteris *Synagogæ* constitutio tota traditur, inde deducta Episcoporum & Presbyterorum Ecclesiæ prima origine. Franequeræ. 1685. in 4.

B. Umberti Burgundi, in Consecratione solemni Episcoporum Sermo 29. in parte 2.

Jacobi Usserii, de Episcopatu. Ultrajecti. 1661. in 8. *Ejusdem* de Episcoporum, & Metropolitanorum origine, Opusculum primum inter ejus Opuscula edita Londini. 1687. in 8.

Waltrami Episcopi Naumbergensis, de Investitura Episcoporum per Imperatores facienda, cum aliis, Argentorati. 1609. 4. pag. 72. ibidem. 1618. in 4. pag. 72. & Basil. 1557. pag. 711. Hanov. 1611. in 4 pag 226.

Ern. von Wahrenburg (Paraphrastes Zieglieranus) ungeheuer Wunder, ein Bischoff ein Soldat; und ein Soldat ein Bischoff. Wallhausen. 1674. in 4.

Christ. Weberi, Introductio Episcopalis; sive Fundamentalis Delineatio, qualiter Episcopus & Archiepiscopus juxta tenorem introducitur. Erf. 1647. in 8.

Joh. Wigandi, Commonefactiones de Reformatione Episcoporum suæ Aetatis. Magdeb. 1550. in 8.

Jacobi Wimphelingi, liber de Episcoporum Moribus & Vita, Argent. 1512.

Christophori Winzleri, de Episcoporum Germaniæ Jurisdictione, ad finem processus Joh. Pelsii. Colon. 1614. in 8.

Lælii Zecchii, de Episcopali statu & munere tract. Lugd. 1600. in 8. & inter ejus Responsa Cas. Consc. Brixiæ. 1592. Lugd. 1607. in 4. Venet. 1599. in 4. Col. 1680. in 4., ibidem 1608. in fol.

Thomæ Zerola, Praxis Episcopalis.

Casp. Ziegleri, Sidetoxylon, sive Episcopus Miles in veteri Ecclesia invisus. Witteb. 1672. in 4. *Ejusdem*, de Episcopis eorumque Juribus, Privilegiis, & Vivendi ratione liber Commentarius. Norimb. 1686. in 4.

Omnia quę decreverunt Pontifices & Concilia circa Episcopos, & Archiepiscopos, recensentur in meo Orbe Litterario Universo, Verbo Episcopus.

Episcopi Cella, *Bishoffcell*, oppid. Germaniæ in Svevia prov. ad Sitterum amnem, in ditione utili Episcopi Constantiensis, sed in ipso limine Helvetiorum & Turgeæ tractus, 17. mil. p. à Constantia distans in Merid. Abbatis cellam versus paulò plus.

Episcopi Insula, *Bishoffwerda*, oppidul. Germaniæ in Misnia prov. sub Electore Saxoniæ, tamquam pars Episcopatus Misnensis, situm est in limite Lusatiæ super. & 5. mill. Germanicis à Dresda in ortum distat.

Episcopia. V. Curium. V. Telos.

Epitalium, oppid. Peloponnesi in Elide, ad Alphei fluminis tractum, aliis est Thryum & Thryœssa, hodie *Zunchis* dictum.

Epitheria, orbs ad sinum arabicum, olim *Arsinoe* dicta.

Epium, oppid. Peloponnesi in Arcadiæ tractu, qui Triphylia nominatur, inter Macistum & Heræam.

Epla, ins. parva sinus Laconici, in ora Peloponnesi, nunc *l'Ovo* dicta.

Eporsus, seu Eporssus. V. Ivodium.

Epomeus, mons Pithecusæ ins. sive Ænariæ, in mari Tyrrheno, & in ora Campaniæ, aliis Epopos, nunc *il Monte di S. Juliano* dictus, in meditullio

Epona, oppidul. Vindeliciæ, nunc est Epinaburgum *Pinburg*, seu *Biburg*, vicus Germaniæ, in Bavaria inferiori, prope Novam, uno mil. German. ab ea in ort. uti à Danubio fluvio.

* *Jo: Jac. Chiffletii*, de Eponensis Con-

Concilii loco legitimo observatio. Lugd. 1618. in 4.

Epura, oppidul. Hispaniæ Bæticæ, nunc *Montoro*, castrum Vandaliciæ, 10. leucis a Corduba versus Meridiem.

Eporedia, urbs Salassinorum in Gallia Subalpina, aliis Eporedia, Eporadia, Eporædia, nunc *Ivrea* incolis, *Ivrce* Gallis, urbs est Italiæ in Pedemontio, Canapicii tractus caput, & Episcopalis sub Archiepiscopo Taurinensi, inter duos colles, cum arce ad Duriam fluv. sub Duce Sabaudiæ, 25. m. p. à Taurino in Septentr. Augustam Prætoriam versus 30. & totidem à Vercelli in occasum.

* *Ferd. Ughellus*, de ea, & ejus Episcopis, in Italia Sac. T. 4.

Eporediensis Marchionatus, tractus fuit Italiæ, ad radices montium extensus, sub propro Marchione, inter Alpes, Padum fluv. Doriam min. & Insubriam.

Eporum. V. Epora.

Epternacum, *Esternach*, castrum Belgii Hispanici, in Ducatu Luxemburgico, à Gallis *Esler*, ad Suram fluv. 3. leucis à Treviris in occas. in ipso confinio ditionis Trevirensis.

Eptusum, *Ipsich* ger. *Ivoy* gal. castrum in finibus Trevirorum, ad Charem fluvium.

Epy, oppid. sæpius *Æpy*. V. ibi.

Equabona, Hispaniæ urbec. aliis etiam Æquabona, nunc est *Coruna*, vicus Portugalliæ in Extremadura prov. 10. m. p. ab Olysippone in Merid. Cætobrigam versus totidem.

Equarum Sinus, *el Golfo de las Yeguas* Lusitanis, *le Golfe des Jumenes* Gallis, pars est Oceani Occidentalis in ora Hispaniæ versus Vandaliciam, atque inter Algarbiam ad Septentr. & fretum Herculeum, oramque Regni Fezzani ad Meridiem.

Equestris Colonia, seu Colonia Equestris, oppid. Sequanorum in Gallia Celtica, nunc est *Nyon*, quod Germanis *Newis* dicitur, & antiquitus Nevidunum, oppid. Helvetiorum in Vaudo tractu pagi Bernensis, Lemano lacui appositum, 4. leucis a Geneva in ort. Lausanam versus, aliis est *Coulonges*, vicus Galliæ in Gesia regiuncula Bressiæ adnexa, ad Rhodanum fluv. prope Clausulas arcem, in ipso limite Sabaudiæ, 4. leucis infra Genevam in occas. Lugdunum versus, in confinio Comitatus Burgundiæ.

Equilium, urbs Italiæ in Venetia, quæ Æquilium etiam dicta, *Isol* vulgo, Episcopalis fuit sub Patriarcha Aquilejensi in Marchia Tarvisina, prope oram maris Adriatici, excisa nunc; ejus rudera *Iesol* destructa visuntur inter ostia Anasi & Liquentiæ inter paludes, 4. mill. a Civitate nova urbecula, quæ illi successit, & 14. à Venetiis in Septentrionem.

Equotaticum. Vide Arianum.

Eracouium Flavium, opp. fuit Hispaniæ Tarrac. in Callaicis, ab Asturica 30. mil. pas.

Eractum, seu Heractum, oppid. Bastarnarum, in Sarmatia Europæa, nunc *Kow*, oppid. Poloniæ, in Podolia prov. ad amnem *Morawen*.

Eragnac. V. Enarginum.

Erasinus, flu. Græciæ in Euboea insula, ad Eretriam fluens.

Erasinus, fluv. Peloponnesi in Argis regione, ex Stymphalide palude oriens, & Stymphalus dictus, posteaquam sub terram condiens rursus, emergit Erasinus dicitur, vulgò *Erasino* seu *Rasino*, deinde in Inachum fluvium cadit, & cum ipso in Argolicum sinum labitur.

Erasinus, fluv. parvus Peloponnesi, in Arcadia oriens, ac in sinum Corinthiacum ad Buram oppidum influens.

l'Erand. V. l'Erraule. V. Araurarís.

Eravus, *l'Erans*. Vide Arauris.

Erbessus. V. Herbessus.

Erbita, melius Herbita, urbs Siciliæ insulæ, nunc oppidulum *Nicosia* dictum, in Valle Demonæ, in colle, prope Simethum fluv. & Hæreos montes, 8. mil. ab Enna in ort. æstiv. aliis *Cittadella* castrum, 20. m. p. in Meridiem distans.

Ercius, *le Lers*, fluv. parvus Galliæ in Occitania, aliter Ircius dicitur, oritur in Lauraco Comitatu, & in Garumnam se exonerat paulò infra Tolosam.

Ercoes. V. Aduliton. V. Adulis. V. Erquicum. V. Magnum littus.

Ercta, mons Siciliæ, vulgò *il Monte Pelegrino*, in Valle Mazaræ, & in ora Boreali prope Panormum, cui ferè adjacet ad occasum.

Ercyna, fluv. Bœotiæ, juxta Lebadeam urbem fluens.

Ercynia. V. Hercynia.

Erdel. V. Dacia Ripensis. V. Pannodocia.

Erdelia. V. Transylvania.

Erdely. V. Erdelia. V. Transsylvania.

Erdenvond. V. Teutoburgium.

Erdewdy. V. Herta turris. V. Teutoburgium.

Erding. V. Ariodunum.

Erdini, pop. fuere Hiberniæ, in parte septentr. ubi nunc forsan Comitatus Cavanensis & Fermanagensis in Ultonia.

Erdonia, urbs Apuliæ Danniæ in Italia & Herdonia, & Ardonea aliis, urbs aliàs Episcopalis, nunc vicus *Ardona* dictus, in prov. Capitanata, inter Carapellam & Cerbarum fluvios, recto itinere inter Canusium ad ort. & Droiam ad occas. uti 10. mil. à Bovino in ort. Cidiniolam versus 15.

Ers, & *Aire*. V. Aria.

Erebus, fluv. inferorum.

Eremus Helvetiorum, tractus Vindeliciæ, nunc Klegovia *Klegow*, tractus parvus Sueviæ juxta Rhenum fluv. inter pagum Scaphusianum ad Orientem, & urbes Sylvestricas ad occas. in ipso confinio Helvetiæ.

De Eremis, & Eremitis Orbis totius Scriptores.

* *Arnauld Andilly*, Les Vies des Saints Peres des Deserts, & de quelques Saints, en 3. Tomes. Paris 1662. 8.

D. Antoninus, de Anachoretarum Vita, in Chronico, tit. 25.

Sancti Augustini, de Eremitica Vita, liber, extat in appendice ad Tomum 1. suorum Operum (dubitat *Bellarminus*, an sit *Augustini*?)

Ejusd. Epitome Constitutionum Eremitarum, Antuerp. in 8. *Eidem* attribuuntur Sermones ad Eremitas, qui sunt in tomo X. Operum; quos falsò illi attribui, apologiâ (quam scripsit, acedidit Brixiæ. 1502.) demonstrat *Celsus Mapheus* Canon. Regul. Lateranensis.

D. Basilii Magni, libellus, de Laudibus Vitæ Eremiticæ.

Laur. Beyerlinck in Theatro Vitæ Humanæ. V. Anachoreta. V. Eremita.

Ursula Benincasa Theatinarum Virginum fundatrix scripsit Eremitarum Theatinarum Regulam, quam *Franciscus M. Maggius* Cler. Reg. emisit. Romæ. 1640. 4.

Abrah. Blomarts Inventore, & *Boëtio à Bolswert* Sculptore expressa prodiit Sylva Anachoretica Ægypti, & Palæstinæ figuris æneis, & brevibus Anachoretarum Elogiis. Antuerp. 1619. in 4.

Nicolai Boerii. de Statu, & Vita Eremitarum Tractatus. Lugd. 1595. fol. ibid. 1566. fol. Francof. 1587. extat post suas Decis. extat etiam inter Tract. Juris. Tomo XIII. par. 2. fol. 423.

Laur. Brancatus de Laurea in Epit. Canon. V. Eremita.

Jo: Petrus Camus, Hermiante, ou les deux Hermites contraire, le Reclus & l'Instable. Roven. 1639. 8.

Simonis de Cassia ord. Eremit. S. Augustini, liber de Vita Eremitica, italice.

Jacobi Cavacii Ord. S. Bened. Illustrium Anachoretarum Elogia, sive Religiosi Viri Musæum. Venet. 1625. fol.

Nicolai de Climangiis, liber de fructu Eremi.

Petri Cluniacensis Abbatis, liber de Conversatione Eremitarum.

Didaci de Cora, Eremitarum antiquorum historia, hispanicè; in Historia Carmelitarum.

B. Petri Damiani, de Eremitarum suorum ordine, & institutione, opusculum 14. & 15. extat in tomo 3. suorum Operum, & in Bibl. Patrum tomo 3. editionis 2.

Ant. Daza ord. min. Exercitia Spiritualia pro degentibus in Eremitoriis, quæ in Italicum versa à *Callisto ab Antrodocco*, deinde *Aloysio Romano* prodierunt Romæ. 1626. 26. & auctiora. Mediol. 1643. 8.

Girolamo Ercolani dell' Ordine de Pred. le Vite di alcune Romite, parti 2. (sub titulo) le Eroine del Sacro Eremo. Venet. 1655. 8. ibidem. 1659. in 8.

Ercolano Ercolani della Congregatione del Chiodo in Siena, l'Eremitica Rappresentatione Spiritnale. 1608. in 8.

S. Eucherius Episc. Lugdunensis, de Contemptu Mundi, & de laude Eremi. Col. 1618. in 8. pag. 981. & editus per *Heribertum Rosweidum S. I.* Antuerp. 1621. 8.

Georgii Garnfeldii, Elucidationes Sacræ in libros quinque de Imaginibus antiquorum Eremitarum, ubi de vita, gestis, & obitu eorum. Col. Agrip. 1621. 8.

M. R. Gautier, La Vie de Saints Hermites. à Lyon. 1623. 8. gallicè.

Janus Gruterus in Polyanth. V. Heremitæ.

Jacobi de Gruytoda Carthusiensis, Colloquium Jesu, & Eremitæ.

D. Laur.

D. Laur. Justinianus, de Vita Solitaria in 8.

Franc, M. Maggi C. R. de iis, qui Religiosis Ordinibus Eremi, aut arctioris Cœnobii Constitutionem suadent, disquisitiones Parænericæ, Historicæ, Apologeticæ. Romæ. 1639. fol. *Idem* emisit Regulam Eremitarum Theatinarum compositam à Venerabili *Ursula Benincasa* Theatinarum Virginum Fundatrice; prodiit Rom. 1640. 4.

Felicis Malleoli, opusculum contra Anachoritas Begardos & Beguinas Sylvestres. Argent. in fol.

Celsus Maphæus Can. Reg. Later. scripsit apologiam adversus Sermones ad Eremitas falsò *D. Augustino* adscriptos. Brixiæ, 1502.

Stephanus Menochius de More antiquorum Eremitarum ferendi Baculum in manu; in opere suo italico, (le Stuore.) Cent. 9. cap. 32.

Jac. Middendorpii, Sylva Origioum Anachoreticarum. Col. 1615. 8.

Cornelii Musi, Encomium Solitudinis, Rythmice. Antu. 1566. 4.

Jo. Bapt. Pili Cl. Reg. Eremus Sacra, sive Vitæ Sanctorum, & Beatorum Eremicolarum, italicè. Panormi. 1663.

Jo: Risenii S. I. Elogia ad Imagines Sanctorum Virorum & Fœminarum Eremicolarum.

Heriberti Rosweydi S. I. Sylva Eremitarum Ægypti, & Palæstinæ, cum figuris æneis. Antuerp. 1619. 4. belgicè. *Ejusd.* Vitæ Patrum, de Vita, & Verbis Seniorum, sive Historiæ Heremiticæ libri decem. Antu. 1628. fol.

M. Ant. Sabellus, de Eremitis, & Tertiariis, & eorum Foro; in Summa diversorum Tractatuum Juris. Littera E.

Lamb. Sirichii, sive *Leberdi de Sirichio*, Dialogi de Bono Solitudinis. Patavii. 1581. 4.

Laur. Surius describit Martyrium Sanctorum Eremitarum in Sina, & circumcirca interemptorum, die 14. Jan. in Vitis SS.

Didaci Peres de Valdivia, Documentos de la Vida Eremitica. Barcinone in 4.

E. Umberti Abbatis, Sermones ad Eremitas, & in specie Sermo 23. ad Eremitas quoscumque, in parte 1. suorum Sermonum.

Raphael Volaterranus, de Eremitarum Ordinum Viris; in Comment. Urbanis, libro XXI.

Anonymi, à Dieu au Monde d'un grande Seigneur pour se rendre Hermite. à Lyon in 24.

In Imagines Apostolorum, & Eremitarum annotationes versæ in Caldæum à *Ludovico de Azevedo S. I.*

Les Vies, & Miracles de S.S. Peres Heremites d'Ægypte, Scythie, Thebaide, & autres lieux. à Paris. 1605. in 4.

Erklärung aller Fürstl. Prelaten Namen und Herkommen / die das Gottes Haus Einsideln in die 600. Jahr regieret haben. München. 1569. 4.

Quidquid circa Eremitas quandoque à Pontificibus, & à Conciliis sancitum fuit, invenies in Indice, qui est in Tomo 37. Conciliorum editorum Parisiis 1644. Verbo Eremitæ.

Anachoretarum Vitæ, & Doctrinæ extant in Bibliotheca Patrum.

De Eremitis plurimorum Ordinum Religiosorum plures, & diversi extant Catalogi Scriptorum in meo Orbe Litterario Universo. Verso Augustinis Ordinis Eremitæ. V. Camaldulenses Eremitæ. V. S. Hieronymi Eremitæ.

Erenberti Lapis. Vide Hermanis lapis.

Eresburgum. Vide Mons Martis.

el Eresma. V. Areva.

Eressus, urbs Lesbi insulæ in mari Ægæo, Episcopalis sub Archiepiscopo Mitylenensi, quæ adhuc *Ersssi* à Græcis, & *Cidonia* dicitur, nunc in vicum ferè redacta.

Ereria. V. Cnemis.

Eretænus, nunc *il Rerone*, fluv. parvus Italiæ in ditione Reipublicæ Venetæ, qui Medoaco minori miscetur.

Eretria, oppid. Thessaliæ regionis in Phthiotide, aliis Eretriæ, Heracleæ proximom, nunc *Varia* dictum.


Eretria, urbs Eubœæ insulæ, in ora Euripi contra Oropum oppid. Atticæ, olim clara, & Episcopalis, nunc etiam *Eeretria* dicta, & *Rocho*, à Calcide 25. mill. pass. in ortum distans.

Eratum, oppid. Sabinorum, in via Salaria, nunc *il Monte Rotondo*, castrum Sabinæ prov. in ditione Ecclesiæ, 3. mill. à Tiberi fluv. & 10. ab urbe Roma in Septentr. prope Nomentum, Ducatus titulo insignitum.

Ereum, urbs Sardiniæ insulæ, nunc excisa, ubi Ecclesia S. Andreæ de Erieu, inter Sassarim & Sorsum.

Erffurds. V. *Erfurds*.

Erfordia, quæ & Erphordia, *Erfurt* incolis, *Erford* Gallis, urbs Germaniæ,



in Thuringia prov. cujus caput existit, ad Geram fluv. olim Mergisburgum, *Meruigisburgh* dicta, cum Academia, & Arce *Cyriaxburg*, antea Imperialis erat & pene libera, sed ab Electore Moguntino vindicata ipsi subest, 3. mill. Germ. à Vimaria in occasum, uti 5. à Iena, & 14. à Lipsia, Gotham versus 3. & Eisenacum 7.

* *Joh. Mauritii Gudeni*, Historia Erfurtensis ab urbe condita ad reductam, libris IV. Erfurt, & Duderstadii. 1675. 8.

Jo: Hundorfii, Encomium Erffurtinum / Beschreibung aller denckwürdigen Stücke der Stadt Erffurt / mit einem Catalogo Coss. von 1500. bis 1650; Item Rectorum / et Professorum Gymnasii / etc. Erffurt. 1651. in 4.

Barth. Lohneissen, Series Magnificorum Academiæ Erffurtensis Rectorum ab Anno 1392. ad 1614. Erff. 1617. 4.

Casp. Laschers, Erfurtisch Lutherisch Kleinod. Erfurt. 1679. in 12.

Suffridi Petri, Oratio pro Reformatione Universitatis Erfordiensis Erphord. 1566. 8.

Jo:

Jo: Rebefoldii, Dubia de primis Erfordienſis Academiæ Natalitiis, &c. Extat in Trophæo Hermetico-Practico. Erf. 1634. 4.

Ernesti Stidæ, Dietraſtichorum Encomiaſticorum liber ſingularis ad Thuringiam Thuringiæ Erfordiam, ejus Coſſ. JC.tos, Syndicos, & reliquos Curiales, &c. Erfurti. 1621. 4. *Ejuſd.* Planctu Urbis Erfurtenſis. in folio.

Jo: Vollprecht, Halcyonium Evangelico-Erphordiacum, germanicè. Erfurt. 1662. in 4.

Anonymi, Defenſio Juſtæ Protectionis Saxonicæ in Civitate Erfurtenſi. 1664. fol.

Memoria de Urbe Erfordia, Ratisbonâ traſmiſſa, & Gallicè reddita, Paris.

Erfurtiſche Verſicherung der Freyheit in Religions-Sachen Churfüſten zu Mayns. in fol.

Neve Zeitung, Fortgang, und ſang erwartete Enderung von der groſſen Gloke zu Erfurth, damit man neulich das Lutherthum ohne ſonder gros Miracul vom Weinfas, aus thät läuten. Ingolſt. 1588. 4.

Des Evangeliſchen Miniſterii zu Erfurt gründl Bericht. Erfurt. 1648. 8.

Erphordienſe Concilium ſub Joanne XI. extat in edit. Concil. Pariſienſi 1644. in Tomo XXV. pag. 36.

Extrait d' une Memoire Allemand envoyé da Ratisbone, touchant la Ville d' Erfort, & traduit en François; extat in Journal des Sçavans. 1665.

Erfurdt, & *Erfurt*. V. Bicurgium. V. Erphordia. V. Hercinophordia.

Ergallia, ſive Uriel, provincia fuit Hiberniæ in Ultonia, poſtea diviſa eſt in Comitatus Armachanum, Louthenſem, & Monaghenſem.

Ergaſteria, vicus Troadis, in finibus Pergamenorum, inter Pergam & Cyzicum, inde 55. m. paſs.

Ergavia, oppid. Laccetanorum in Hiſpania Tarraconenſi, nunc eſt *Ygualada*, oppidulum Cataloniæ, aliis *Anabis* dicitur, 12. leucis à Barcinone in occaſ. æſtiv. Ilerdam verſus.

Ergavica, oppid. Hiſp. Tarrac. in Celtiberis, olim urbs Epiſcopalis ſub Archiepiſcopo Tarraconenſi, nunc eſt *Alhaniza*, vicus Aragoniæ Regni à Cæſar-Auguſta 16. leucis in Merid.

Ergel. V. Heraclea.

Erginus, fluv. Thraciæ, in Propontidem inter Arbyriam & Bathinium amnes influens.

Eri. V. Ceretanus.

Eriboea, urbs Macedoniæ in Parthiæis, nunc *Croia*, urbs Albaniæ regionis primaria, inter Dyrrachium ad occaſum, & Deborum in ort. ad 50. mill. paſs. ab aliis *Preſpa* dicitur.

Erice. V. Ericis portus.

Erichen. V. Cyphanta.

Ericis Portus, & Erix oppid. Liguriæ, vulgò nunc *Lerico*, caſtrum Italiæ cum portu in ora orientali Genuenſi, ad mare Liguſticum, & in ora ſinus Spetiæ, è regione Portus Veneria, ſub Republica Genuenſi, 3. mill. à Luna urbe exciſa, quot à Serezana, 5. à Spetia, & 4. ab arce S. Mariæ in ortum, uti 40. à Porto Delphino.

Ericuſa, inſula maris Tyrrheni, verſus Siciliam, aliis Ericodes, & Ericuſſa, una eſt Æoliarum, & nunc *Alicur* dicitur, parva eſt, 15. m. p. à Lipara in occaſ. & 7. à Phœnicuſa, Uſticam verſus 25.

Ericuſa, inſula maris Ionii, in Epiro, quæ nunc *Pachſu* dicitur, ſeu Paxu major, ad Meridiem Corcyræ inſulæ, 12. mill. ab ora littor. Epiri in occaſum, ſub Repub. Veneta.

Eridanus. Vide Padus.

Eridanus, *Rodaun*, amnis Poloniæ, in Pruſſia Regia, ex lacu exoriens 25. mill. paſs. ſupra Dantiſcum, ibi in Viſtulam fluv. cadit, & paulò poſt in mare Balticum labitur.

* *Aratus* de eo, prout tranſlatus eſt in Cœlum, in Phœnom., uti & *Hyginus* in Aſtr. lib. 2. & 3.

Leonis Allatii, Eridanus græcè, cum verſione *Barth. Tortoletti*. Romæ. 1635. 4.

Flavii Paulini, carmen (ſub tit. Eridanus) in adventu Clem. VIII. Ferrariam.

Jo: Joviani Pontani, Eridanorum libri 2. carmine.

L. Cæl. Rhodiginus, de Eridano, in lect. antiq. lib. 24. cap. 12.

Erieus Lacus, *le Lac Eriò*, lacus Americæ ſeptentr. in Nova Francia, valde extenſus in occaſ. hybern. verſus Floridam Borealem, protenditur ab Oriente in Occid. per 140. leucas Francicas, diſtat 38. leucis in Merid. à Mari dulci Huronum & 20. à lacu Ontario, ſive lacu Frontenaci in occaſum; ejus verò latitudo à Septentrione in Meridiem, eſt 25. leucarum, & ab Iroquiis *Tocharonkiong* vocatur.

Erigonus, fluv. Macedoniæ, aliis Erigon, oritur ex Illyricis montibus in Pæonia tractu ſupra Deborum, infra Ædeſſam in Axium cadit, & hodie *Viſtrizza* dicitur.

Erimum. V. Herinum.

Erin. V. Hibernia.

Erineus, una ex 4. urbibus Doridis in Achaja, ſub monte Parnaſſo, Ceteræ Bœon, Cytinion, & Lilæa.

Erineus, fluv. Siciliæ inſulæ, aliis Orinus, nunc eſt *la Miranda*, in Valle Netina, qui in mare Jonium ſe exonerat 12. m. p. à Neto in Septentr. Syracuſas verſus paulò plus.

Eris. V. Ocinarus.

Eriſſo. V. Rhizus. V. Rhizzum.

Eriſſi. V. Erceſus.

Eriſſo. V. Acanthus. V. Apollonia. V. Aodariſtus.

Erithini, ſcopuli Ponti Euxini, ad oram Bithyniæ, in Paphlagoniæ confinio, qui *Farnaſu* nunc dicuntur.

Erivan. V. Artaxata. V. Erivanum.

Erivanum, *Erivan*, urbs Regni Perſarum in Armenia, in monte, in limite ditionis Turcicæ, cum arce prope rudera Artaxatæ, 3. leucis ab Araxe fluv. ad fluvium *Sanguicna* dictum, itinere 10. dierum diſtans à Tabriſio in occaſum, ut 15. à Naxivano.

Erkelens. V. Caſtra Herculis. V. Herculis Caſtra.

Erkiko. V. Erquicum.

Erla. V. Ara lapidea. V. Arlape. V. Agria.

Erlaph. V. Arlape.

Erlenbrunnen. V. Liboum.

Ermæa, ſeu, & melius Hermea, inſula parva Sardiniæ, quæ & Mercurii inſula, nunc *la Tavolara* dicitur Italis, *la Tolare* Gallis, eſtque in ora orientali, ubi incipit ſeptentrionalis, prope Columbarium promontorium, ejus circuitus eſt 12. mill. & Bucina olim etiam dicta.

Ermeland. V. Varmia.

Ermenidag. V. Ormenicus.

Ermione. Vide Hermione.

Ermita de los Palacios. V. Flavium Vivitanum.

Ernaginum, oppid. Galliæ Narbonenſis in Provincia, nunc *Vernegues*, vicus Provinciæ: aliis verò eſt *Maillane*, vicus in eadem Provincia, 2. leucis ab Arelate in ortum, ſeu forſan *S. Gabriel*, vicus in viciniis.

Erno. V. Vindius Hermius.

Ernodorum, oppid. Galliæ Celt. in finibus Biturigum, nunc eſt *Iſſoudun*, urbs Galliæ in prov. Bituricenſi ad Thiolam amnem, quæ a Latinis recentioribus Exelodunum dicitur, 6. leucis à Biturico in occaſ. aliis eſt *Saint Ambroiſe ſur Arnon*, vicus in eadem provincia.

Ernolaria, oppidum Norici, ubi nunc *Hall*, vicus Germaniæ in Auſtria ſuperiori, ad fluv. *Krems* dictum, 6. mill. Germ. à Lentia in Meridiem.

Ernus Lacus, *Logh Erne*, lacus Hiberniæ, in Ultonia prov. & in Comitatu Fermanagenſi, qui ab antiquis Erdinus dictus fuit, eſtque duplex, & in confinio Connaciæ.

Falmutum, *Falmouth*, portus Angliæ in ora merid. Cornubiæ prov. & in intimo ejus recessu, prope arcem *Pendenis* dictam, à quibusdam Volemuthum, & 30. mill. Anglicis distat à Plimuth in occasum.
Falones, pop. versus Hungariam, qui sint hodie, non constat.
Falstria, *Falster*, ins. Daniæ, in mari Baltico, inter Insulas Lalandiam ad occas. & Monam ad ort. versus Austrum Zeelandiæ, à qua separatur tantum angusto freto Viridi dicto, vulgò *Groene Sund*. hinc Falstriensis nomen gentis.
Falsum Caput, *el Cabo-Falço*, prom. Africæ in Cafreria regione, prope Caput Bonæ spei, maxime in Merid. extensum, & pars prom. Bonæ Spei.
Falvatera. V. Fabrateria.
Falnga. V. Diabate.
Fama Augusta, seu Hamacostos, *Famagosta* incolis & Italis, *Famagouste*



Gallis, urbs Cypri insulæ, in ejus ora orientali, Episcopalis sub Archiepiscopo Nicosiensi, olimque Arsinoe dicta, distat 35. m. p. à Nicosia in ort. & subest Turcis.
* *Vinc. Coronelli*, eam describit, & ponit figuram, in *Isolario* p. 1.
Nestore Martinengo, historia dell' assedio di Famagosta, M. SS.
Thomas Porcachius, in *Isolario*.
Tabula, Famagusta, sampt ihrer Balagerung und Eroberung. Nurnb. 1572. in 4.
Famagosta. V. Hamacostos. V. Arsinoe. V. Fama-Augusta.

Famar.

Famar. V. Arietis frons. V. Criumetopon.

Famastro. V. Amastris.

Famenensia Tractus, *Famine*, regiuncula Belgii, in Ducatu Luxemburgensi, versus Marchiam oppidum.

Famine. V. Famenensis tractus.

Fanagoria. V. Themiscyra.

Fanale. V. Phanæ.

Fanar. V. Acheron. V. Chersonesus; V. *Famar*.

Faneromini. V. Asine.

Fanestria, *Fanestria*, aliàs urbs Episcopalis, nunc vicus Italiæ, & ditionis Ecclesiasticæ, in Romandiola provincia.

Fania, *la Fagne*, sylva Belgii in ditione Leodiensi, aliàs pars Comitatus Hannoniæ, inter Mosam fluv. ad ort. Hannoniam ad occasum, Campaniam prov. ad Merid. & Namurcensem Comitatum ad Septentr. versus Carolomontium, Mariæburgum, & Philippovillam, quæ à Comitibus Hannoniæ vendita sunt Episcopis Leodiensibus.

Fanjaux. V. Fanum Jovis.

Fanmars. V. Fanum Martis.

Fano-Canesi. V. Usfanum.

Fano. V. Fanum Fortunæ.

Fano Martensis Pagus, tractus fuit Galliæ Belgicæ circa Scaldim fluv. in Nerviis, prope Fanum Martis.

Fanopolis. V. Veldkirchium & Feldkirkia.

Fansherus, *le Fanshere*, fluv. Africæ, in ins. Madagascaria, & in Carcanossia tractu. In Oceanum se exonerat in parte meridionali.

Fantinorum Regnum, *le Royaume de Fantin*, tractus Africæ, in Guinea reg. & in ora aurea.


Fanu. V. Thoronus. V. Othronus.

Fanum ad Tavum. V. Landava.

Fanum Canici. V. Kilkennium.

Fanum Fidei, *Santa Fe* incolis, *Sainte Foy* Gallis, oppid. Hispaniæ in Regno Granatensi, ad Singilim fluv. prope fontem *los Ojos de Guescar*, 2. leucis à Granata in occasum.

Fanum Fortunæ, urbs Italiæ in Umbria quæ & Colonia Fanestris, nunc Fanum,



Fano vulgò; urbs Episcopalis ditionis Ecclesiæ, intra fines Ducatus Urbinatis, in ora sinus Veneti, 5. mill. à Pisauro in ort. Senogalliam versus 15.

* *Leander Albertus*, in descript. Italiæ.

Petri Bellochii, praxis casuum reservatorum in diœc. Fanensi, extat in ejus praxi de Cas. Ref. Piceni.

Octavii Cleophili, Faneidia, seu de bello Fanensi liber. Romæ. 1490.

Vinc. Coronelli ponit ejus figuram in Theatro (delle Città) parte 3.

Franc. Scotus urbem describit, & ponit fig. in Itin. It. parte 1.

Carol. Sigonius, de bello inter Ravennates, & Venetos ob Fanenses, lib. 11.

Ferd. Ughellus, de urbe, & ejus Episcopis, in It. Sac. T. 1.

Fanum Fortunæ, seu Tychopolis. V. Gluckstadium.

Fanum Jovis, *Fanjaux*, oppidul. Galliæ in Occitania, versus Tolosam.

Fanum Luciferi, *S. Lucar da Barameda* incolis, *S. Luques* Gallis, oppidum Hispaniæ, cum portu in Vandalitia prov. ad ostia Bætis fluv. 6. leucis à Gadibus in Septentr. & 15. ab Hispali in occasum hybernum.

Fanum Martis, oppid. Nerviorum in Gallia Belgica, nunc vicus & castrum tenue Belgii Francici, *Fanmars*, in Comitatu Hannoniæ, una leuca à Valentianis in Meridiem.

Fanum Martia, urbs Italiæ in via Claudia, nunc *Pescia*, oppid. Tusciæ in agro Pisano ad amn. Pesciam, ad radices Apennini, inter Lucam ad occas. Pistoriam ad ort. & Fanum S. Miniati, à quibus 12. mill. distat.

Fanum S. Ægidii, *S. Gilles*, oppidum Galliæ, in Occitania prov. una leuca à Rhodano fluvio in occas. tribus ab Arelate, estque in dominio utili Equitum Melitensium.

* *Catel.*, en memoir de Languedoc. *de Thou*. hist. l. 23.

Fanum S. Africani, *S. Fricque*, oppid. Galliæ in Aquitania, in Rutenensi prov. ad amn. Sorgam, prope Vabras urbem, octo leucis à Rutenis in Merid. & 5. ab Amiliano in occasum hybernum.

Fanum S. Agathæ, *S. Agata*, oppidum Regni Neapolitani in Calabria ulter. 4. mill. à Rhegio in ortum.

Fanum S. Agathæ Gothorum, *S. Agata de Goti*, urbs parva Italiæ, in Regno Neapolitano, & in Principatû Ulter. Episcopalis sub Archiepiscopo Beneventano, in confinio Terræ Laboris, & media ferè inter Beneventum ad ort. & Capuam ad occasum.

Fanum S. Agathæ, *Santia*, oppid. Italiæ in Pedemontio, & Comitatus caput in agro Vercellensi, 14. m. p. à Vercellis in occas. Eporediam versus 20.

Fanum S. Agrippani, olim Chinacum, nunc *S. Agreve*, castrum Galliæ in Vivariensi prov. super. 20. m. p. ab Anicio in ortum.

Fanum S. Albani. Vide Verolamium.

Fanum S. Albini, *S. Aubin du Cormier*, oppidul. Galliæ, in Britannia min. prope fluv. *Covesnon*, 5. leucis à Rhedonibus in Septentrionem, & toti-

dem à confinio Normanniæ in Merid.

Fanum S. Amandi. V. Elno.

Fanum S. Amarini, seu S. Marini, *S. Amarin*, oppidul. Germaniæ in Alsatia super, ad amn. *Senne*, sub dominio Abbatia Murbacensis, 13. m. p. à Mulhusio in occasum, Lotharingiam versus 7.

Fanum S. Andreæ, antea Lavantum, *S. André*, urbs parva Germaniæ in Carinthiæ Ducatu, ad Lavantum flu. sub Archiepiscopo Salisburgensi, in valle Lavantina, 2. mill. German. à Dravo fluv. & 11. à Clagefurto in ort. in Carinthia infer. & in ipso limite ditionis Austriacæ.

Fanum S. Andreæ. Vide Flavionevia.

Fanum S. Anemundi, *S. Chamons*, oppid. Galliæ in Lugdunensi præfectura, ad fluviolum *Giez*, septem leucis à Lugduno in occas. hyb. versus Fanum S. Stephani 2.

Fanum S. Angeli, *S. Angelo*, oppidum Regni Neapolitani, in Capitanata prov. in summitate Gargani montis, sextu à Manfredonia milliario.

Fanum S. Angeli Longobardorum, *S. Angelo da Lombardi*, urbs Italiæ, in Regno Neapolitano & in prov. Principatus Ulter. ad radices Appennini montis, Episcopalis sub Archiepiscopo Compsano, 7. mill. à Compsa in Septentrionem, & 20. à Benevento in occasum æstiv.

Fanum S. Angeli, *S. Angelo*, castrum Italiæ in ditione Ecclesiæ, & in Marchia Anconitana, in monte ad radices Apennini, prope Cingulum opid.

Fanum S. Angeli, *S. Angelo*, castrum Italiæ in Ducatu Mediolanensi, & in agro Laudensi, 6. m. p. à Laude Pompeia in occas. Ticinum versus 20.

Fanum S. Angeli Vadani, seu in Vado, *S. Angelo in Vada*, urbs Italiæ, & ditionis Ecclesiæ, in Ducatu Urbinate, juxta Metaurum fluv. ad radices Apennini, Episcopalis sub Archiepiscopo Urbini, in confinio ditionis Florentinæ, & 15. mill. ab Urbino in occasum, dicta olim Tifernum Metaurum.

Fanum S. Antonii, *S. Antoine*, oppidul. Galliæ in Delphinatu, & in agro Viennensi, intra montes, dictum olim Motta S. Desiderii, 2. leucis ab Isara fluv. & 4. à Romanis ad Furaniam amnem.

Fanum S. Antonini, *S. Antonin*, urbs parva Galliæ in Aquitania, ad Avarionem fluv. in Ruthenensi prov. & in limite Caducensis & Albigensis provinciarum, media inter Francopolim Ruthenorum ad ort. & Montem Albanum ad occasum.

Fanum S. Aredi, *S. Irier*, Vide Iredium.

Fanum S. Arnulphi, *S. Arnoul*, oppidul. Galliæ in prov. Belsiæ, & in Carnotensi agro, in sylva Aquilina, 7. leucis à Carnuto in ortum æstivum Parisios versus.

Fanum S. Asaphi, seu Asaphopolis, *S. Asaph*, urbec. Angliæ, in Vallia Boreali, & in Comit. Flintensi, ad amn. *Cluyd*, Episcopalis sub Archiepiscopo Cantuariensi, 5. mill. Anglicis à Denbighia in Septentr. 5. ab ora maris Hibernici in Merid. & 8. à Flinto in occasum.

Fanum S. Audomari, Vide Audomaropolis.

Fanum S. Augustini, *S. Agostin*, oppidulum Americæ septentr. in Florida, cum arce sub Hispanis, in ora orientali, & in Tegesta prov.

Fanum S. Bertrandi, alias Lugdunum Convenarum. Vide ibi.

Fanum S. Botolphi, *Boston*, quod *Baston* pronunciant, oppidul. Angliæ in Lincolnensi prov. cum portu ad ostia fluvii *Visham*, 2. m. p. ab ora maris Germanici, 27. à Lincolnia in ortum hybern. & 94. à Londino in Sept.

Fanum S. Brioci, & Briocum, *S. Brieu*, urbs Galliæ, in minori Britannia, & in ora *ejus* sept. Episcopalis sub Archiepiscopo Turonensi, cum portu in sinu maris Britannici, 16. leucis à Macloviopoli in occas. 10. à Trecorio in ortum, Rhedones versus 20.

* *Argentré*, hist. de Bret.

Lud. Morerius, in dict. hist. V. Saint Brieux.

Albert le grand de Morlais, Vies des Saints de Bret.

Sammarthani, in Gallia Christ. &c.

Fanum S. Chanemundi, melius Anemundi Castrum. Vide ibi, & Fanum S. Anemundi.

Fanum S. Christinæ, *S. Christina*, oppidulum Hispaniæ, in Regno Aragoniæ & ad fontes Aragonii fluvii, ad radices Pyrenæorum, & in confinio Galliæ, 4. leucis à Jacca in Sept.

Fanum S. Christophori, sæpius Havana. Vide ibi.

Fanum S. Christophori de Lacu. Vide Lacus.

Fanum S. Christophori, *S. Christophle en Touraine*, oppid. Galliæ, in Turonensi prov. in confinio Andegavensis & Cenomanensis provinciarum, 6. leucis à Turonibus in Septentr.

Lud. Morerius, in dict. hist. V. Saint Christophle.

Rochefort, hist. des Antilles.

du Tertre, hist. des Antilles.

Fanum S. Clari, *S. Cler*, oppidul. Galliæ ad Eptam fluv. in prov. Insulæ Franciæ & in Vulcassino Francico, in ipso limite Normanniæ, 25. leucis à Parisiis in occasum æstivum.

Fanum S. Claudii, *S. Claude*, oppidum Galliæ, in Comitatu Burgundiæ, in limite Bressiæ prov. & Gessiæ tractus, alias Fanum S. Eugendi *S. Oyen de Joux*, & Jurense Monasterium Condadisione dictum & Condatiscense Monasterium 5. leucis à Geneva in occas. & 3. à Rhodano fluvio.

Fanum S. Clodoaldi, *S. Clou*, burgus Galliæ, olim Novigentum ad Sequanam fluv. duabus leucis infra Parisios in occasum.

Fanum S. Columbæ, *Sainte Colombe*, oppidulum Galliæ, in Lugdunensi prov. ad Rhodanum fluv. ex adverso Viennæ Delphinatus, 5. leucis à Lugduno in Meridiem, Condrievium versus 2.

Fanum S. Crucis, *Santa Cruz de la Sierra*, vicus Hispaniæ in Extremadura prov. ad radices montis S. Cruciæ, 2. leucis à Turri Julia in Meridiem.

Fanum S. Crucis, *Santa Cruz* cognomento *de la Zarça*, oppidul. Hispaniæ in Castella nova, 7. leucis ab Ocania in ortum Concam versus, & olim vicus Cuminarius.

Fanum S. Crucis, *Santa Cruz*, oppid. Africæ, in Regno Susæ, in ora Oceani Atlantici, cum portu, aliter Agades, *Cap d'Aguer*, & à Mauris *Darumia*, Regi Susæ subest.

Fanum S. Crucis de Monte, *Santa Cruz de la Sierra*, urbs parva Americæ merid. in Peruva reg. in prov. dicta *la Sierra*, Episcop. sub Archiepiscopo civitatis *de la Plata* dictæ, in confinio Paraguaiæ reg. 100. leucis Hispan. ab urbe Argentina seu *de la Plata* in ortum, & 60. ab Argenteo fluv. in occas. sub Hispanis, dicitur etiam *Barança*.

Fanum S. Cyriacæ. Vide Hieracium.

Fanum S. Davidis, aliter Menevia. Vide ibi.

Fanum S. Deodati, *S. Diey*, oppidum Galliæ in Lotharingiæ Ducatu, & in Vogesia tractu, ad Murtam fluv. & versus confinia Alsatiæ, 10. leucis à Brisaco in occasum æstivum Nanceium versus distans.

Fanum S. Deodati, *S. Die*, oppidulum Galliæ in Blesensi agro, ad Ligerim fluv. inter Blesas ad occasum & Balgensiacum ad ortum.

Fanum S. Desiderii, *S. Dizier*, urbs Galliæ, in Campania prov. ad Matronam fluv. in limite Barrensis Ducatus, 6. leucis à Barro in occasum, totidem à Victoriaco in ort. 12. à Catalauno.

Fanum S. Dionysii, sive Dionysiopolis. *S. Denis*, cognomento *en France*, urbs parva Galliæ in prov. Insulæ Franciæ, & in tractu Francia dicto; ad Crodoldum fluviol. *la Crou*, qui paulo infra cadit in Sequanam, 2. leuc. à Paris distat in sept.

* *Aimonius*, in hist. Franciæ, lib. 4. cap. 33.

du Chesne, ant. des Villes de France cap. 4.

Doublet, histoire de l'Abbaïe de S. Denis. Paris. 1625. in 4.

Mich. Felibien, histoire de l'Abbaye royale de S. Denys en France, à Paris. 1706. in fol.

Dom. Germain Millet, Invent. des Reliques de Saint Denys.

Lud. Morer. in dict. hist. V. Saint-Denys.

in Concil. Clupiacensi anno 662. actum est de S. Dionysii Monachorum privilegio Regio.

in Concilio (*di Clichi*) anno 659. actum est de privilegiis Monasterii S. Dionysii.

Fanum S. Dionysii, *S. Denis*, vicus Galliæ in Normannia Ducatu, & in sylva Leonum.

Fanum S. Dominici. Vide Dominicopolis.

Fanum S. Edmundi, *Bury*, seu *S. Edmonds Bury*, oppidul. Angliæ in Suffolcia prov. 19. m. p. ab Elia in ort. Ipsvicum versus 32.

Fanum S. Eugendi. Vide Fanum S. Claudii.

Fanum S. Eulaliæ, *S. Olalla*, oppidul. Hispaniæ in Castella nova, in fundo prope Talaveram Reginæ & Escalonam, una leuca à fluvio *Alberche*, & 8. à Tagu.

Fanum S. Euphemiæ, *S. Eufemia*, oppid. Regni Neapolitani in Calabria ulter. & in ora maris Tyrrheni.

Fanum S. Eutichii, olim Gella Vide ibi.

Fanum S. Facundi, *Sahagun*, oppidum Hispa-

Hispaniæ in Regno Legionensi, & in tractu Camporum ad Ceam fluv. 7. leucis à Paleotia in occas. æstivum, Legionem versus.

Fanum S. Felicis, *S. Felice*, castrum ditionis Ecclesiæ, in Campania Romana, ad radices Circeii montis, in ora maris Tyrrheni, prope Pontinas paludes.

Fanum S. Fidei, *Sainte Foy*, oppidum Galliæ in Aquitania ad Duranium fluvium, & in Aginnensi provincia, in ipso limite Petrocoricensis prov. 4. leucis à Bergeraco in occasum Liburniam versus.

Fanum S. Fidei, *S. Fe*, V. Fanum Fidei.

Fanum S. Fidei, *Santa Fè*, urbs Americæ merid. in Paraguaja reg. & in Argentea prov. juxta fluvium Salsum 240. m. p. ab urbe *Buenos ayres* in Sept. sub Hispanis, 8. leucis ab Argenteo fluvio.

Fanum S. Fidei de Bogota, *Santa Fé de Bogota* Hispanis, *Sainte Foy* Gallis, urbs Archiepiscop. Americæ merid. in novo regno Granatensi, prope fluv. *Pati* & lacum *Guaravita*, sub Hispanis & ad radices montis Bogotæ.

Fanum S. Fidei, *Santa Fé*, urbs Americæ septentr. in novo regno Mexicano, Episcop. sub Archiep. Mexicano, 9. leucis à fluvio Boreali *de Nort*, dicitur etiam *S. Fé de Granada* incolis, & 500. leucis à Mexico in Septentrionem distat.

Fanum S. Fidei, *Santa Fè*, urbs parva Americæ septentr. & novæ Hispaniæ, in prov. Veragua, media inter mare Boreale & Australum, 12. leucis ab urbe Conceptionis, sub Hispanis.

Fanum S. Florentii, *San Fiorenzo*, oppidulum Italiæ, in ora Boreali Corsicæ ins. parvum cum portu & sinu cognomine, sub Genuensibus, Canelata antiquis, 20. mill. à Sacro prom. in Merid. uno milliari à Nebii ruderibus distat.

Fanum S. Florentini, *S. Florentin*, oppidum Galliæ in Campania, ad Armentionem fluv. 5. leucis à Iviniaco in ortum, Tornodurum versus totidem.

Fanum S. Flori. Vide Floropolis.

Fanum S. Francisci de Campeco, *S. Francisco de Campeche*, urbec. Americæ septentr. in Nova Hispania, & in Yucatania provincia, cum portu in ora maris Borealis, sub Hispanis, etiam *Campeche*, 33. leucis à Merida.

Fanum S. Francisci de Quito. Vide Quito.

Fanum S. Galli, *S. Gal*, oppid. Helvetiæ, in Turgea tractu, & ex præcipuis Sociis Helvetiorum. Uno mill. Germ. distat à lacu Constantiensi, & 4. a Lindavia in occasum.

Fanum S. Gaudentii, *S. Gaudens*, oppidulum Galliæ in Occitania, & in Comitatu Convenarum, in Nebosano tractu, ad Garumnam fluvium, 4. leucis a Lugduno Convenarum in Septentr. Lombarium versus.

Fanum S. Genesii, *S. Genais*, oppidum fuit Galliæ in Provincia, prope Astromelam sinum, in colle.

Fanum S. Germani, *San Germano*, oppidum Italiæ, in Pedemontio & in Vercellensi agro, 12. mill. a Vercellis in occasum, Taurinum versus.

Fanum S. Germani, *S. Germano*, oppid. Italiæ in Regno Neapolitano & in prov. Terræ Laboris, ad radices montis Casini Aquinum versus, & 5. mill. à Liri fluvio.

Fanum S. Germani in Lembruno, *S. Germain Lembrun*, urbs parva Galliæ in Alvernia inferiori, & in Lembruna tractu prope Elaverem fluv. 2. leucis ab Isiodoro in Merid. uti 8. à Claromonte, Brivas versus quatuor.

Fanum S. Germani in Laja, *S. Germain en Laye*, oppid. Galliæ in prov. Insulæ Franciæ, in colle, prope Sequanam fluv. prope Lajam sylvam, quatuor leucis à Parisiis in occas. & una à Pisciaco.

Fanum S. Gisleni, sive Gislenopolis, & Cella S. Gisleni, *S. Ghislain*, oppidul. Belgii Hispanici in Hannonia prov. ad Haynam fluv. duabus leucis a Montibus in occas. Condatum versus tribus.

Fanum S. Goari, *S. Gewer* incolis, *S. Gover* Gallis, oppidum Germaniæ ad Rhenum fluv. & in infer. Comitatu Cattimeliboci, ei adjacet in colle Rhenofelda arx, subest Lantgravio Hasso Rhenofeldensi, in limite ditionis Trevirensis, 4. mill. Germ. supra Confluentes in Merid. inter Velatiam superiorem & Bodobrigam.

Fanum S. Gothardi, *S. Gotard*, cœnobium Hungariæ infer. in limite Stiriæ, ad Arrabonem fluv. ubi recipit *Lausnitz* fluviol. 2. mill. Germ. a Cormendino.

Fanum S. Hippoliti, *S. Polten*, urbecula Germaniæ in Austria inferiori ad fluv. *Draisam*, in ditione Episcopi Passaviensis, 6. mill. Germanicis a Vienna in occas. & 3. a Danubio flu. in Meridiem.

Fanum S. Hippoliti, *S. Pilt* incolis, *Saint Hippolite* Gallis, oppidul. Germaniæ in Alsatia superiori, & in limite inferioris, uno mill. Germanico à Scheiestadio in occasum, sub Francis.

Fanum S. Huberti, olim Andaium dictum. Vide ibi.

Fanum S. Jacobi, *Santiago*, portus Americæ in Nova Hispania, & in provincia Mechoacania, in Colima tractu, & in limite Novæ Galleciæ.

Fanum S. Jacobi, *Santiago* cognomento *de Chile*, urbs Americæ meridionalis, Regni Ciles primaria, in mediterraneis, & ad radices Andium, juxta fluv. Malpum. Episcopalis est sub Archiepiscopo Limensi, 15. leucis a mari Pacifico in ortum, & 80. à Conceptione in Septentrionem.

Fanum S. Jacobi de Planitie, *Santiago de la Vega*, urbs Americæ in parte meridionali Jamaicæ insulæ, 12. mill. Anglicis à portu Regio, nunc Anglis subest.

Fanum S. Jacobi, *Santiago de Cuba*, urbs parva Americæ septentrionalis, in ora meridionali Cubæ insulæ, cum portu & arce, Episcopalis sub Archiepiscopo S. Dominici, sub Hispanis, ferè in vicum redacta.

Fanum S. Jacobi de Storea, *Santiago del Estero*, urbs Americæ meridionalis, in Tucumania regione, sub Hispanis, juxta fluv. *Estero* dictum, 170. leucis Hispanicis à Potosio distans.

Fanum S. Jacobi de Guatimala. V. Guatimala.

Fanum S. Jacobi, *Santiago* Hispanis, *Santiegue* Gallis, oppid. Americæ septentrionalis in insula S. Dominici, versus oram Borealem, Hispanis subest.

Fanum S. Jacobi, *S. James* incolis, *S. Gemes* Gallis, oppidum Americæ, in Barbata insula, in mari septentrionali, Anglis subest, cum antea locus *The Hall* dictus esset ab incolis, & *la Halle* Gallis, 2. leucis à Fano S. Michaelis.

Fanum S. Jacobi de Vallibus, *Sant Jago de los Valles*, urbs Americæ septentrionalis in Nova Hispania, & in Panuca provincia, juxta Panucum fluvium, 25. leucis à Panuco urbe in occasum.

Fanum S. Jacobi. Vide Compostella.

Fanum S. Ignatii, *S. Ignacio*, oppidul. Americæ merid. in Paraguaia regione, & Parana provincia, ad fluvium Paranam.

Fanum, S. Joannis, *S. Jean*, urbs Sabaudiæ Ducatus, Episcopalis sub Archiepiscopo Viennensi, ad Arcum fluvium, & in Mauriana valle, sæpe vocatur ab exteris *S. Jean de Maurienne*, 3. leucis a confinio Delphinatus in Septentrionem, Monasterium urbem Tarentasiæ versus 5. & decem à Gratianopoli in ortum.

Fanum S. Joannis, *S. Jean*, oppid. Germaniæ in Vasgovia tractu, ad Saram fluvium, seu Sarvum, è regione oppidi Saræpontis, & sub dominio Comitis Nassovii Saræpontani, in limite Lotharingiæ.

Fanum S. Joannis ad Tavum, *S. Johnstoune*, urbs Scotiæ septentr. aliàs Perthia dicta à provinciæ cognomine, ad Tavum fluv. 20. mill. Scotis ab Edimburgo in Septentrionem.

Fanum S. Joannis Angeriaci, *S. Jean d'Angely*, oppid. Galliæ, in Santonia provincia. V. Angeriacum.

Fanum S. Joannis de Auro, *San Juan de Oro*, oppidul. Americæ merid. in Perua reg. intra montes, & in prov. Camata in mediterran. 35. leucis Hispanicis à lacu Titicaca in ortum, sub Hispanis.

Fanum S. Joannis de Confinio, *S. Juan de la Frontera*, oppid. Americæ meridionalis in Regno Ciles, & in Chicuita provincia, ad radices Andium, & prope lacum Guanagachum, sub Hispanis.

Fanum

littor. maris Borealis, cum portu & arce, Episcopalis sub Acchiepiscopo S. Fidei.

Fanum S. Mathæi. V. Gobæum.

Fanum S. Mathæi, *S. Matheo*, oppidul. Americæ Septentr. cum arce in Florida, in ejus parte orientali & in Tegesta prov. cum portu in ura maris Borealis, sub Hispanis.

Fanum S. Mauræ, *Santa Maura*, oppid. Græciæ in Leucade insula, & in ora Epiri, cum arce & portu.

Fanum S. Maxentii, *S. Maixent*, oppidum Galliæ in Pictavensi provincia, 4. leucis à Niortio, & 9. à Fontenaco in ortum, Pictavium versus 13.

Fanum S. Maximini, *S. Maximin*, oppid. Galliæ, in Provincia, ad fontes amnis Argentei, 6. leucis ab Aquis Sextiis in ortum, & 8. à Telone in Sept. forsan Villa Lata dictum.

Fanum S. Menehildis, *Sainte Menehould*, oppidum Galliæ, in Campania prov. & in Argona tractu, ad Axonam fluv. 9. leucis à Catalauno in ortum, Virdunum versus totidem.

Fanum S. Michaelis Archangeli: Vide Archangelopolis.

Fanum S. Michaelis, *S. Mihel* vulgò, urbs Lotharingiæ, ad Mosam fluv. in Ducatu Barensi, media inter Tullum ad Merid. & Virdunum ad Septentrionem.

Fanum S. Michaelis, *S. Miguel*, oppid. Americæ septentr. in Nuva Hispania & prov. Mechoacana, 40. leucis Hisp. à Mexico in occas. versus Zacatecas populos.

Fanum S. Michaelis. Vide Michaelopolis & Pons.

Fanum S. Michaelis, *S. Miguel*, oppid. Americæ septentr. in nova Hispania & in prov. Guatimala, in ora maris Australi, & ad ostia fluvii Lempæ, sub Hispanis, 60. leucis Hisp. à Guatimala in ortum.

Fanum S. Michaelis, *S. Miguel*, oppid. Americæ merid. in novo Regno Granatensi, in ditione Hispanorum.

Fanum S. Michaelis, *S. Miguel*, urbs Americæ merid. in Peru reg. persæpe *S. Miguel de Piura* ab Hispanis quibus subest, 12. leucis in ortum ab ora maris Pacifici distat.

Fanum S. Michaelis de Matta, seu de Sterea, *S. Miguel de Estero* incolis, *S. Michel de la Natte* Gallis, urbs parva Americæ merid. Tucumaniæ regionis caput, subest Hispanis, 28. leucis à Fano S. Jacobi de Sterea, Episcopalis sub Archiepiscopo de Plata.

Fanum S. Miniati Teutonis, *S. Miniato al Tedesco*, urbs Hetruriæ in agro Florentino, prope Arnum fluv. media inter Pisas ad occas. & Florentiam ad ortum, subest magno Duci Hetruriæ, & 20. mill. à Luca in ortum distat.

Fanum S. Naboris, quod & Novacella, *S. Avand*, oppid. Lotharingiæ, 9. leucis à Metis in ortum Saræpontem versus.

Fanum S. Nicolai, *S. Nicolas*, burgus Lotharingiæ, ad Murtam fluv. duabus leucis supra Nanceium in Merid.

Fanum S. Nicolai, *S. Nicolas*, burgus Belgii in Vasia tractu Flandriæ, 5. leucis ab Antuerpia in occas. hybern. Gandavum versus quinque.

Fanum S. Palatii, *S. Palais*, urbs Galliæ in Navarra infer. in Mizia tractu, ad *Bidouse* fluv. parvum, 3. leucis à confinio Beneharniæ in occas. versus fanum S. Joannis Pedeportuensis 7. circiter.

Fanum S. Papuli, *S. Papoul*, urbs parva Galliæ, in Occitania prov. Episcopalis sub Archiep. Tolosano. Dicitur Papulopolis, & San Papulum, 5. leucis à Carcassone in occasum æstivum Tolosam versus, à qua 9. leucis, estque in Lauraco tractu, una leuca à Castello-novo Arri.

Fanum S. Pauli, *S. Paul*, oppidum Galliæ in Provincia, una leuca à Vincio in Merid. versus oram maris Mediter. totidem, & Antipolim versus tribus, prope confinia Comitatus Nicensis.

Fanum S. Pauli Leonini. Vide Leonia & Staliocanus portus.

Fanum S. Pauli Tricastinensis. Vide Augusta Tricastinorum.

Fanum S. Petri de Monasterio. Vide Monasterium S. Petri.

Fanum S. Petronillæ, *S. Petronel*, seu *Peternel*, castrum Austriæ infer. ad Danubium fluv. paulo supra Hamburgum oppid. 3. mill. Germ. à Posonio in occas. Viennam versus 5.

Fanum S. Pontii Tomeriarum. Vide Tomeriæ & Pontiopolis.

Fanum S. Portiani, *S. Pourçain*, urbs Galliæ in Alvernia infer. ad fluvium *Cioule*, in Borbonensi prov. 12. leucis à Claromonte in Sept. uti 7. ab Aquaspersia.

Fanum S. Quintini. Vide Quintinopolis.

Fanum S. Quirici, *S. Quirico*, oppidul. Italiæ, in Hetruria & agro Senensi, prope Orciam amnem, 5. mill. à Pientia in Austrum, inter Radicofanum & Senas, sub Magno Duce Hetruriæ, 20. mill. à Senis.

Fanum S. Reguli. Vide Reguli Fanum.

Fanum S. Remigii, *S. Remy*, oppidum Galliæ in Provincia, olim Glanum 12. m. p. ab Arelate Aquas Sextias versus in ortum, & antea *Frete.* *du Bouche*, in Chron. de Provence l. 3., & 4.

Fanum S. Romuli, *San Remo*, oppid. Italiæ, in Liguria, & in ora occid. Genuensi, 9. mill. ab Albintemelio in ort. subest Genuensi Reipublicæ.

Fanum S. Salvatoris, aliis Soteropolis, *S. Salvador*, urbs Americæ merid. & Brasiliæ regionis juxta sinum omnium Sanctorum, vulgò *la Bahia de todos os Santos*, à quo urbs ipsa dicitur etiam sæpe *la Bahia*. Archiepiscop. & Lusitanis subest.

Fanum S. Salvatoris. Vide Soteropolis.

Fanum S. Sebastiani, aliis Sebastianopolis, *S. Sebastian* Hispanis, *Donastien* incolis, & *S. Sebastien* Gallis, urbs Hispaniæ in Ipuscoa prov. cum arce, & portu in ora Oceani, ad ostia fluv. Menlasci, tribus leucis à confinio Galliæ in occasum, & 12. a Pompejopoli in Septentr.

Fanum S. Sebastiani, *S. Sebastian*, urbs Americæ merid. in Brasilia, cum portu & duplici arce, sub Lusitanis, Episcop. sub Archiep. Soteropolis.

Fanum S. Sequani, *S. Seine*, oppidulum Burgundiæ, & in Burgundia propria, in limite Alexiensis tractus, 2. leucis à fontibus Sequanæ fluvii in ortum hybernum, Divionem versus 5.

Fanum S. Severi, *S. Severo*, urbs Apuliæ in quam translatus fuit Episcopatus Civitatensis urbis excisæ, dicitur sæpius Severopolis. Vide ibi.

Fanum S. Severi. Vide Severopolis.

Fanum S. Simphoriani de Auzone, *S. Saphorin d'Ozon*, oppidul. Delphinatus, medium inter Lugdunum ad Septentr. & Viennam ad Meridiem 2. leucis cum dimidia utrimque.

Fanum S. Spiritus, *le Saint Esprit*, urbs Galliæ in Occitania infer. cum arce ad Rhodanum fluv. in limite Vivariensis prov. infer. 3. leucis à Vivario urbe in Merid. Avenionem versus 7. una à confinio Comit. Vindascini, & paulò plus ab Augusta Tricastinorum in occas. hybernum.

Fanum S. Spiritus, *el Espiritu Santo*, urbs Americæ Septentr. in Nova Gallæcia.

Fanum S. Stephani, *Kirkbysteven*, oppidulum Angliæ, in Westmaria provincia, ad Irunam fluv. & in limite Eboracensis prov. nunc vicus.

Fanum S. Stephani. Vide Furanium.

Fanum S. Thomæ, *S. Thomé*, urbs Africæ in ins. cognomine, versus oram Guineæ reg. Episcop. sub Archiepiscopo Olisypponensi, sub Lusitanis, cum portu & arce.

Fanum S. Thomæ, *Thomastowne*, oppidulum Hiberniæ, in Lagenia prov. & in Comitatu Kilkenniensi.

Fanum S. Thomæ, aliter Meliapora. V. ibi.

Fanum S. Torpetis *S. Tropez*, urbs Galliæ in Provincia, cum portu in ora maris Mediter. & sinus Sambracitani, 5. leucis à Foro-Julio versus Merid. & 12. à Telone in ortum.

Fanum S. Trinitatis, *la S. Trinidad de Buenos Ayres*, urbs Americæ merid. in Paraguaya reg. Bonus aer etiam, *Buenos Ayres* exteris, Episcopalis sub Archiep. de Plata, ad æstuarium fluvii Argentei, cum portu & emporio.

Fanum S. Teudonis, seu Trudonium, *S. Truyen* incolis, *S. Tron* Gallis, oppidulum Germaniæ, Hasbaniæ tractus caput, in Leodiensi ditione, & in confinio Brabantiæ, olim Sarcinium, 5. mill. Germ. à Trajecto ad Mosam in occas. uti à Leodio.

Fanum S. Teudonis, sæpius & ab exteris Fanum S. Andreæ. Vide ibi.

Fanum S. Valerici, *S. Valery*, oppidum Galliæ in Picardia prov. & in Vimeso tractu, ad Somonæ fluv. ostia, 4. leucis infra Abbavillam in occas. & in ora Oceani Britan. etiam Fanum S. Galerici dictum.

Fanum S. Valerici, *S. Valery en Caux*, oppidul. Normanniæ, & in Caletensi tractu, prope oram Oceani Britannici, 12. leucis à Rothomago in Septentrionem.

Fanum S. Valerii, *S. Valier*, oppidum Delphinatus infer. ad Rhodanum, & in Viennensi tractu, 7. leucis infra Viennam, Valentiam versus 5.

Fanum S. Venantii, *S. Venant*, oppidum Belgii, in Artesia Comit. ad Lisiam fluv. duabus leucis ab Aria in ortum Armenteriam versus; subest Francis.

Fanum S. Vendelini, *S. Vendel*, oppidulum, in ditione Electoris Trevirensis, in tractu Westrasia, *Westerick*, & in limite Ducatus Bipontini, & Comit. Saræpontani, 7. mill. Germ. à Treviris in ort. hybernum.

Fanum

Fanum S. Vincentii, *S. Vicente*, oppid. Americæ merid. in Brasilia, & in ora australi maris Brasilii, cum portu, subestque Regi Portugalliæ.

Fanum S. Vincentii, *S. Vicente de la Barquera*, oppidul. Hispaniæ in Biscaja prov. cum portu & arce, in ora Oceani Cantabrici, versus Fanum S. Julianæ.

Fanum S. Viti, *S. Veit*, oppidum in Carinthia super. ad confluentias *Wilitz* & *Glac*. 2. mill. Germ. à Clagenfurto Gurkium versus.

Fanum S. Viti Flomoniensis, seu ad Flumen, *S. Weit am-Flaum* incolis, *Fiume* Italis, oppid. Carniolę prov. & in tractu Carstia, cum arce, & portu in ora maris Adriatici & sinus Carnarii, & subest Austriacis.

Fanum S. Ursicini, *S. Ursitz* Germanis, *S. Ursane* Gallis, oppidul. Germaniæ in ditione Episcopi Basileensis, ad Dubim, uno mil. Germ. à Santgovia, & 5. à Basilea in occasum hybernum.

Fanum S. Yvonis, *S. Yves*, antea *Slepe*, oppidul. Angliæ, in Comitatu Huntingdonia, ad Usam fluv. 2. mill. infra Huntingdoniam.

Fanum Saturni, seu Cronium, locus insulæ Gaditanæ, *Punta di S. Sebastiano* hodie.

Fanum Vacunæ, nunc *Vocone*, castrum ditionis Ecclesiæ, in Sabina prov. & in ipso limite Umbriæ, 10. mill. ab Interamnia in Meridiem Cures versus, & 15. à Nerulo.

Fanum Voltumnæ, oppid. Hetruriæ, *i Bagni d' Asinello*, ubi nunc Viterbium.

Fanzara. V. Banasa.

Fara. V. Phara.

Fara, *la Fere*, urbs in Picardia prov. & in Teoracia tractu, ad Ocsiam fluvium, 5. leucis à Fano S. Quintini in Meridiem Suessiones versus, & 4. à Lauduno in occasum.

Fara, *The Faire Yle*, insula parva maris Caledonii, inter Orcades & Schetlandicas insulas, verius scopulus, ubi tantum castrum, *Dums*, dictum.

Fara Campaniæ, *Fere Champenoise*, urbecula in Campania prov. media inter Sequanam fluv. ad Meridiem & Matronam ad Septentrionem, 8. leucis à Catalauno in Merid.

Fara in Tardeniaco, *Fere en Tardenois*, oppid. Galliæ in Campania, medium fere inter Meldas ad occas. & Remos ad ortum.

Faraba, *Farab*, prov. Mawaralnahræ regionis ultra Oxum fluv. parva est, à fluvio *Al-Shash* initium ducit.

Faraba, *Farab*, urbs Mawaralnahræ, provinciæ cognominis caput, super fluvium *Al-Shash*, vicina *Balashagun*.

Faraglioni. V. Cyclopum scopuli.

Faramida. V. Rhinculura.

Faraon. V. Pharus. V. Pharum.

Faraoni. V. *Pharaoni*.

Faro, & *Farre*, seu *Ferro*. V. Farenses Insulæ.

Fare-head. V. Virvedrum.

Faremonstier. V. Ebpriacus. V. Faræmonasterium.

Farenomini. V. Asine.

le Fare de Messine. V. Fretum Siculum.

Farenses, *les Isles de Fare*, seu de *Farre*, insulæ Oceani Caledonii, supra Scotiam, & Orcades, versus occasum æstivum, & Islandiam, duodecim sunt, sub Rege Daniæ.

Farentinum, etiam Florentinum. Vide ibi.

Farfa, *Farfa*, castrum Italiæ, in ditione Ecclesiastica, & in Sabina provincia ad Farfarum amnem, 15. mill. ab urbe Roma in Septentrionem.

Farfa. V. Fabaris. V. Farfa.

Farfair. V. Orthea.

Farfar. Vide *Farfaro*.

Farfaro. V. Orontes. V. Chrysorrhoas.

Farfarus. Vide Fabaris.

Fargana. Vide Fergana.

Faribo. V. Helicon. V. Pharyhus.

Farima, *Farima*, urbs Asiæ, in ea parte Japoniæ quæ *Niphon* dicitur, 18. leucis Hispanicis à Meaco in occas. cum prov. cognomine.

Farimæ Regnum, *le Royaume de Farima*, pars est Japoniæ in Jetsenga regione, inter Bigenum regnum, & Tambam, cum urbecula cognomine.

Farinasa. V. Thynnias.

Farion. V. Pharos.

Faris. V. Vergivium mare. V. Manica S. Georgii.

Farmaco. V. Parmacusa.

Farnace. V. Pharnacia.

Farnasia. V. Erithini.

Farnazzano. V. Actianus fundus.

Farne. V. Farnia.

Farnia, *Farne*, insula parva Angliæ Borealis in Oceano Germanico, in ora littor. Northumbriæ prov. 3. mill. Anglicis à Bamburgo castro, 6. ab Insula Sacra in Meridiem, & 12. à Bervico.

il Faro di Messina. V. Fretum Mamertinum, & Siculum.

Faro. Vide Pharum. Vide Farum. Vide Esuris.

Farsa. V. Farsalus.

Farsalus. Vide Pharsalus.

Farsi. V. Persia.

Farsistan. V. Persia.

Fartachium, *Fartach*, urbs Asiæ, in Arabia fœlici, *Hadramus* dicitur, caput regni cognominis, 40. m. pass. ab ora Oceani Indici, & 300. a promont. Aromatum in Septentrionem.

Fartachium Regnum, *le Royaume de Fartach*, pars Arabiæ fœlicis in ejus parte merid. versus oram Oceani Arabici, & Fartachium urbem.

Farvelum Caput, *Cap Farewel* Anglis, *le Cap d'Alien* Gallis, promontorium Gruenlandiæ, versus Novam Franciam maximè porrectum, 100. leucis Gallicis à Freto Forbishetii in Meridiem.

Farum, sive Pharum, locus Galliæ Belgicæ, in ora maris Britannici, ad Boloniam Picardiæ urbem, *la Tour d'Ordre* vulgò Gallis, & *Oudeman* Anglis.

Fascellina, oppidul. fuit Siciliæ, in ora occid. prope Panormum.

il Fasso. V. Phasis.

Fatigaræ Regnum, *le Royaume de Fatigar*, Regnum Africæ, in Æthiopia, nunc in ditione Galarum.

la Favagnana. V. Ægathes. V. Ægusa. V. Æthusa.

Favara. V. Dianæ fons.

Favateria. V. Fabrateria.

Faucena, *Fuessen*, oppidul. Sueviæ ad Lycum fluv. in ditione Episcopi Augustani, olim Abudiacum dictum.

Fauces Lateræ Stagni, locus Galliæ Narbonensis, nunc *le Grau de Palavas*, in Occitania inferiori, 4. leucis à Monte Pessulano in Meridiem, una à Frontiniano.

Faucinus Tractus. Vide Fossiniacus tractus.

Faven-

Faventia, nunc *Faenza* incolis, *Faience* Gallis, urbs Italiæ in Romandiola provincia, Episcopalis sub Archiepiscopo Ravennate, ad Anemonem fluv. media inter Forum Cornelii ad occasum, & Forum Livii ad ortum, 10.



mill. pass. utrinque, sub Summo Pontifice, 8 mill. pass. à confinio ditionis magni Ducis Hetruriæ in Septentrionem.

* *R. M. Kavinæ*, Faventia regio rediviva conatu historico-geographico. Faventiæ in 4.

Franc. Scotus eam describit cum fig. in Itiner. Italiæ, par. 1.

Ferd. Ughellus, de ejus Episcopis, in Ital. Sac. Tom. 3.

Faventia, *Faience*, urbecula Galliæ, in Provincia, ad amnem Besonem, 4. leucis à Grassa in occas. & tribus à Foro-Julio in Septentrionem.

Fauquemont V. Falconis mons.

Faunis Portus, in ora orientali Corsicæ, Philonius portus aliis, nunc *porto Favone* dicitur, inter portum veterem ad Meridiem & Aleriæ rudera ad Septentrionem.

Fausina, urbs Sardiniæ insulæ, postea *Civita* dicta, nunc *Terra-Nova*, oppidum, cum porta in parte orientali insulæ, nunc sub provincia Loci aurei, juxta sinum Terræ-novæ dictum, etiam Phausina dicitur.

le Faussigny. V. Fauciniacus tractus.

Faustinopolis. Vide Anchiale.

Fayd. V. Palmira.

il Fazo. V. Phizon. V. Phasis.

Feblana Castra, oppidul. Vindeliciæ, aliis Phœniana, nunc *Babenhausen*, castrum Sueviæ, 5. mill. Germ. ab Ulma in Merid. Causbureniam versus.

Federzée. V. Plumarius lacus.

Feillenbach. V. Vallatum.

Fekierkerez. V. Crissus. V. Chrysius.

Feldkirkia, seu Veldtkirchium, *Feldkirck*, seu & *Vildkirch*, oppid. Sueviæ, ad Illum fluv. sub Austriacis, in confinio Helvetiorum, 2. mill. Germanicis ab Abbatiscella in ortum, medium inter Curiam ad Merid. & lacum Brigantinum ad Septentr.

Felicis Lacus, seu lacus Fœlix, locus Norici, aliis Falciana, etiam locus Fœlix dicitur, nunc *Walsee*, vicus Austriæ Inferioris, ad Danubium fluv. etiam *Ober Walsee* dicitur, 10. mill. pass. infra oppid. Anisum, Arlapen versus 22.

Felicis Lacus, seu locus, oppid. Pannoniæ inferioris, nunc *Plindenburg*, oppid. Hungariæ inferioris, ab Hungaris *Vizzegrad* dicitur, prope Danubium fluv. 4. mill. Germ. infra Strigonium Budam versus.

Felicur. V. Phœnicusa.

Felinum, & Velinum, *Felin*, oppidum Livoniæ, ad Felam fluv. in Estonia provincia, cum castro, nunc subest Regi Sveciæ, 14. mill. Sveticis à Revalia in Meridiem, & 25. à Pernavia.

las Felippinas. V. Philippinæ.

Fella. V. Carnicum Julium.

Felles. V. Elephas.

Fello. V. Phila.

Fellos. V. Phellus.

Felo. V. Hipporium.

Felongia. V. Babylon.

Felsina. Vide Bononia.

Felsi. V. Peltæ.

Feltra. V. Feltria.

Feltria, nunc *Feltre*, urbs Italiæ in Marchia Tarvisina, Episcopalis sub Patriarcha Aquilejensi, ad Asonem amnem, sub Repub. Veneta, 10. mill. à confinio Comitatus Tirolis in ortum, Cenetam versus 15. Bellunum totidem, 45. a Venetiis in Septentrionem.

* *Antonio del Corno*, memorie Istoriche di Feltre. Venetia. 1710. 4.

Ferd. Ughellus, de Urbe, & ejus Episcopis, in Ital. Sac. T. V.

Anonymi, Statuta Feltriæ. Venet. 1551. fol.

Il Belluno con il Feltrino, mappâ. Amstel. ap. Jo. Blaeu, & Jo: Jans.

Feltrinus Ager, *il Feltrino*, tractus Marchiæ Tarvisinæ juxta Anassum fluv. inter Bellunensem tractum ad Septentrionem, Foro-Julii prov. ad ortum, agrum Tarvisinum ad Meridiem, & Comitatum Tirolis ad occasum, subest Reipub. Venetæ.

Feluga. V. Diabate.

Femera, *Femeren*, dicitur etiam Fimeria, & Fimbria. Vide ibi.

Femeren. V. Fimeria. V. Fimera.

Femersund. V. Fimbriæ Fretum.

Femy. V. Fidemlum.

Feneo. V. Pheneus.

Fenesia. V. Psillis.

Fenestrange. V. Flusbinga. V. Vistinga.

la Fenicia. V. Phœnicia.

Fenicusa. V. Phœnicusa.

Fennabora, sive Kilfenora, *Kilfenor*, urbecula Hiberniæ insulæ in Connacis provincia, & in Comitatu Clarensi, in Baronia de Corcumroa, ad Oceanum Deucaledonium, Episcopalis sub Archiepiscopo Casselensi.

Fenni, populi Scandiæ, aliis Finni, quorum regio nunc Finnia, seu Finnonia.

Fer. V. Orontes.

Ferachio. V. Camitus.
Ferden. V. Verda.
Ferdinanda, & Ferrandina, *la Ferrandina*, insula Asiæ, una ex Philippinis in Oceano Orientali, sub Hispanis, 60. leucis a Manila distans.
Ferdinanda, dicitur aliter Ferrandina. Vide ibi.
Ferdinandi Noronæ Insula, *la ilha do Fernando Noronha*, insula Americæ Merid. versus oram orientalem Brasiliæ, 70. leucis ab ora Brasiliæ.
Ferdinandi Pai Insula, *la ilha do Ferdinando Pas* incolis; *l'Isle de Fernandu port* Gallis, insula Africæ, in ora Guineæ & sinu S. Thomæ, Lusitanis parens, primum dicta insula Formosa, postea insula Fernandi Pai, ac etiam Ferdinanda.
Fere en Tartenois. V. Fara in Tardeniaco.
la Fere. V. Fara. V. Phera.
la Fere Champenoise. Vide Fara Campaniæ.
Ferentanum, & Frentanum aliis, oppidum Ferentanorum in Italia, in Apulorum confinio, inter Aternum & Ortonem.
Ferentia, urbs Italiæ in Hetraria, Ferentonum, & Ferentium aliis, olim Episcopalis, nunc viculus *Ferento* dictus, in provincia Patrimonii, sub Summo Pontifice, 5. mill. a Viterbio.
* *Ferd. Ughellus* de ea, & ejus Ep. in Ital. Sac. Tom. 2.
Raph. Volater. de Ferentianis populis, in Comment. Urbanis.
Ferenti Castrum. V. Ferentia.
Ferentinum, urbs Latii in finibus Hernicorum, nunc *Ferentino*, ditionis Ecclesiæ in Campania Romana, septem mill. ab Anagnia in ortum, Verulum versus 4 & Alatrum 5. sex autem a Frusinone in Septentrionem, & 8. mill. à confinio Regni Neapolitani distans.
* *Cæs. Baron.* de Ferento, & Ferentinis, in notis ad Martyr. Rom. die 14. Martii lit. g.
Ferd. Ughellus de urbe, & ejus Episco. in It. Sac. Tom. 1.
Ferentum, oppidum Apuliæ in Lucaniæ confinio, nunc est *Forenza*, castrum Regni Neapolitani in Basilicata provincia, ad radices Apennini, 4. mill. ab Acherontia in Septentr. Canusium versus, & Venusiam, hinc Ferentani populi.
Fergana, *Fergan*, prov. Asiæ in Mawalnahia regione, & ejus parte orientali, ultra fluv. *Al Shah* dictum.
Feria. *Feria*, oppidul. Hispaniæ in Extremadura prov. Regni Legionis, 6. leucis à confinio Portugalliæ in ort. Xafram versus 3. ad fluv. Guadixaram, & Ducatus titulo insignitus.
Feria. V. Fera. V. Julia Fama.
Fering. V. Rhispia.
Feritas Auseni, *la Ferté Aurain*, oppidul. Galliæ in Aurelianensi prov. & in Sicalonia tractu, ad amn. *Beveron*, 6. leucis ab Aurelius in Meridiem Remorentinum versus.
Feritas Galtieri, *la Ferté Gaucher*, oppid. Galliæ in Bria prov. ad Maurinum amn. 4. leucis à Columbaria in ort. & totidem a Matrona fluvio in Meridiem.
Feritas Milonis. V. Firmitas Milonis.
Feritor, fluv. parvus Liguriæ, nunc *Bisagno*, ex Apennino in mare labens Ligusticum.
Ferla. V. Ferula.
Fermaco. V. Pharmacusa.
Fermanaghensis Comitatus, *The Countie of Fermanagh* Anglis, *le Comte de Fermanagh* Gallis, tractus Hiberniæ in Ultonia prov. & in confinio Connaciæ, ad Slanam fluv. inter Comitatus Slegum ad Merid. Monaganum ad ort. Tironensem ad Septentr. & Dungalensem ad occasum.
Fermene. V. Rhene.
Fermo. V. Firmum.
Fermosello. V. Ocelum.
Ferna, *Ferne*, urbec. Hiberniæ Ins. in Lagenia prov. & in Kenshelagenti tractu, Episcopalis sub Archiepiscopo Dublinensi, ad Bannium fluv.
Fernambouc. V. Fernambucum.
Ferne. V. Chrysorrhoas.
Fernlenga. V. Herefordia.
Ferona. V. Feronia.
Feronia, oppidul. Hetruriæ, ad montem Soractem, nunc Fanum S. Ædisti, *S. Oreste*, oppidul. prov. Patrimonii, in ditione Ecclesiæ, prope Tiberim fluv. ab urbe Roma ad 18. m. p. in Septentrionem.
Feronia, oppid. Hetruriæ, prope oram maris Tyrrheni, nunc *Pietra Santa*, oppidul. Tusciæ in agro Pisano, & sub Magno Duce Hetruriæ, 14. m. p. à Luca in occas. Lunam versus 16.
Feronia, seu Lucus Feroniæ, Colonia & oppid. Hetruriæ, apud Capenates, inter Tre-æ fluv. dexteram ripam & Tiberim, nunc *Fiano*, castrum prov. Patrimonii in ditione Ecclesiæ.
Feronia, oppid. fuit Latii, in agro Pometino, a Tarracina ad 3. m. p.
Feronia, urbs Sardiniæ, in ejus ora orientali, nunc *S. Maria Navarese*, pagus in prom. quod Olbiensem sinum a Liquidonensi distinguit, aliis est prope Posadam.
Ferrandina, seu Ferdinanda, *Ferrandina*, oppid. Italiæ, in Regno Neapolitano, & in prov. Basilicata, ad Balientum fluv. cum Ducatus titulo, 12. mill. à Mateolo in Merid. & 18. ab ora sinus Tarentini in occasum.
Ferrara. V. Ferraria. V. Forum alieni.
Ferraria, *Ferrara* incolis, *Ferrare* Gal-



lis, olim Forum Alieni, urbs Italiæ in ditione Ecclesiæ, Episcopalis, ad ramum Padi, qui vocatur *Po morto*, à quo ductum est iocile per sex mill. Francolinum usque, cum Arce, 28. mill. à Bononia in Septentr. Venetias versus; media inter Mirandulam ad occas. & Comaclum ad ort. sub Pontifice Rom.



Ferrariensis Matrona ex Titiano.

* *Leand. Albertus*, in Descriptione Italiæ, pag. 245.

Petri Aldobrandini Card. Banda, Ordines, Decreta, Constitutiones Civitatis & Ducatus Ferrariensis. Ferrariæ. 1598.

M. Ant. de Amatis, Decisiones Rotæ Ferrariensis. Colon. 1655. 4. Leodii. 1625. in 4. Francof. 1602. in fol.

Josephi Castellionis, Ferraria recepta carmen.

Vinc. Coronelli, ejus figuram, (nel Teatro delle Città), p. 3.

Jo: Bapt. de Giraldis, de Ferraria & Atestinis Principibus Comment. Italicè. Venet. in 8.

Bapt. Guarini, Oratio in præstanda. Paulo V. pro Civitate Ferrariæ Obedientia. Venetiis.

Josephi Lanzoni, de Jatro-Physicis Ferrariensibus, qui Medicinam Scriptis suis exornaverunt, dissertatio. Bononiæ, 1691. in 4.

Liborii Abbatis, res Ferrariensium.

Jo: Bapt. Pacichellus, in Itinerario Europæ italicè. parte 3. pag. 579.

Jo: Bapt. Parellii, Carmelitæ, Cronica Ferrariensis ad 1545.

Jo: Bapt. Pigna (clar. 1585.) libri 8. de Ferrariæ Principibus.

Gasparo Sardi, Historie Ferraresi, aggiuntivi quattro Libri del *Dottor Faustini*, fino alla devolutione del Ducato di Ferrara alla S. Sede. Ferrara. 1646. in 4.

Franciscus Scotus describit Civitatem Ferrariæ cum figur. in Itinerario Italiæ, parte 1.

Gabriele Simeoni, Commentarii sopra le Tetrarchie di Venetia, Milano, Mantova, e Ferrara. Venet. 1548. 8.

Agostino Superbo, Apparato degli Huomini Illustri per Virtù, Scienza, & Armi di Ferrara. in Ferrara. 1620. in 4.

Alexander Tassoni, in opere suo Italico, Pensieri diversi, lib. 8. quest. 2. Perche i Ferraresi habbiano in costume di non si Maritare il Mese di Maggio?

Domin. Tuscus, de Ferrariæ Civitate, & ejus Statutis &c. in Concl. Pract. Ut. Jur. L. F.

Ferdinandus Ughellus describit Civitatem Ferrariæ, & ejus Episcopos, in Italia Sacra, Tomo 2.

Raphael Volaterranus, in Comment. Urbanis.

Anonymi, Feroniæ Mons, seu Narratio rerum Bacchanalium gestarum Ferrariæ anno 1561. italicè.

Controversia Ferrariensis, seu Responf. Jurid. Feud. in Causa eleganti ardua &c. Don Cæsar Duc. Ferrariæ &c. contra Clem. VIII. Francof. ad M. 1606. in 4.

De Ferrariæ, & Florentiæ Ducis præcedentia rationes, italicè, in fol.

Ferrariense Concilium Generale anni 438. extat inter Concilia edita Venetiis. 1585. tomo 4.

Ferrariensis Ecclesiæ Sacerdotale. Bononiæ. 1600.

in Bullario Laertii Cherubini extant Constit. 2. Bonif. IX. de erectione studii gener. in Ferraria, & const. 9. Clem. VIII. de Indultis ejusdem Studii, & const. 52. *ejusdem* de Ferrariæ Ducatus recuperati, & ejus redituum incorporatione R. Cameræ Apost. & const. 53. *ejusdem* de Facultate Legati à Latere Ferrariæ; & const. 59. *ejusdem* de institutione Rotæ Ferrariæ. & const. 95. Alex. VII., de abolendo nomine Ferrariæ, *di Lire, e Bolognini*, & usu in posterum Monetæ sub nomine *di Giulii, e di Bajochi*.

Ferraria, oppid. Sardiniæ, 13. m. p. à Claci, 20. à Scarcapo, aliis *il Capo Ferraro* in ora orientali.

Ferraria, prom. Hisp. Tarrac. V. Dianium.

Ferrariæ, *Ferrieres*, oppidul. Galliæ, in Vastinio tractu, versus confinia Senonensis agri, 2. leucis à Montargio in Septentr. & 23. à Parisiis in Merid.

Ferraria, *Ferrieres*, oppid. Galliæ, in Provincia, ad fauces sinus Astromelæ, prope Maritimam, 7. leucis ab Arelate Massiliam versus.

Ferrariensis Ducatus, *il Ducato di Ferrara*, seu *il Ferrarese* incolis, *le Ferrarois* Gallis, pars ampla Romandiolæ versus ostia fluv. Padi, nunc Summo Pontifici subest. Terminatur à Septentrione Penins. Rodighina, ab Occid. Mantuano Ducatu, à Merid. Bononiensi agro, & Romandiola propria, ab Oriente à mari Adriatico rigatur.

Ferrarius Portus, *Porto Ferraio*, portus Italiæ, in Ilua ins. in ora Tusciæ, cum arce, sub Magno Duce Hetruriæ, olim Argous portus.

Ferrasi. V. Ferraræ aquæ.

Ferrea Porta. V. Caucasiæ Portæ.

Ferreta, *Ferrette* Gallis, *Pfirt* Germanis, urbs parva Alsatiæ, ad Heliell fluvii fontes, 3. leucis à Basilea in occas. subest Regi Franciæ.

Ferretanus Comitatus. V. Suntgovia.

Ferrieres. V. Ferraria.

Ferri Insula, *la Isla del Hierro* Hispanis, *l'Isle du Fer* Gallis, ins. Africæ, in Oceano Atlantico, una ex Canariis maximè in occasum extenta, sub Hispanis, olim Pluvialia; in hac ☞ insula inest arbor, ex cujus foliis assiduus humor cadit, qui limpidissimo deinceps liquore in cupas distillat tanta copia, ut toti insulæ sufficiat, est 22. leuc. longitudinis 7. & latitudinis sex.

Ferrach. V. Farrachium. V. Siagros. V. Sappha.

la Ferté Alais. V. Firmitas Aleppia.

la Ferté Aleps. V. Firmitas Aleppia.

la Ferté Aurain. V. Feritas Aureni.

la Ferté sur Aube. V. Feritas, seu Firmitas ad Albulam.

la Ferté Bernard. V. Firmitas, seu Feritas Bernardi.

la Ferté au col, seu *la Ferté Ancel*. V. Firmitas Galtieri.

la Ferté sur Grosne. V. Firmitas ad Groam.

la Ferté sous Jouarre. V. Firmitas Auculphi.

la Ferté Milon. V. Firmitas Milonis.

Fertew. V. Peiso. V. Ferto.

Ferto Lacus, *Fertow* accolis, *Neusidlersee* Germ. lacus Hungariæ infer. versus confinia Austriæ, & Sclutiam ins. olim Peiso. V. ibi.

Ferula, *la Ferla*, oppid. Siciliæ ins. in Valle Netina, 20. mill. à Syracosis in occasum.

Fescamp. V. Fisci campus.

Fescennia, urbs Hetruriæ, Fescennium & Phescennium aliis, Faleriæ finitima, nunc *Galese*, oppidul. Italiæ in ditione Ecclesiæ, & in prov. Patrimonii, prope Tiberim fluvium, (Ducatus), 4. mill. ab Ocriculo, & medium inter Hortam ad Septentr. & Civitatem Castellanam ad Merid. 28. mill. ab urbe Roma in Septentr. Tudertum versus, hinc Fescenius nomen gentis.

Fesensac. V. Fidentiacus.

Fesensacus Tractus. V. Fidentiacus.

Fessa. V. Volubilis.

Festo. V. Phæstum.

Fesulæ, urbs & colonia Hetruriæ, Fæsulæ aliis & Fesula, una ex 12. primis Etruscorum coloniis, nunc *Fiesole* in ruinis jacens in Florentino agro, Episcopalis sub Archiepiscopo Florentino, in colle, à Florentia 2. mill. in ortum æstivum, prope Mugnonem amnem.

* *Leand. Albertus*, in descriptione Italiæ.

Scipio Ammiratus, de ejus Episcopis. Florentiæ. 1637. in 4. Italicè.

Matthei Bosci, recuperationes Fesulanæ.

Franc. Cattanei, Vitæ Sanctorum Fesulanorum, italicè.

G. D. Petri, Fiesole destrutta. Canto 1. Firenze, 1619. in 4.

Ferd. Ughellus, de ejus Episcopis, in It. Sac. T. 3.
Anonymi, Origine della Città di Fiesole, &c. Firenze. 1585. in 4.

Fern, V. Fetum.

Fetum Regnum, *le Royaume de Fern*, tractus parvus Africæ, in Guinea regione, & in ora Aurea, cum oppido cognomine, versus prom. Corsum.

Feüillans. V. Fulium.

Feurs. V. Forum Segusianorum.

Fez. V. Phthuth. V. Fut. V. Volubilis. V. Fezza.

Fezzu, *Fez*, prov. Regni Fezzani in Barbaria, à Septentr. terminatur ab Asgara prov. ab ortu & Merid. Chausa, & ab occas. Temesna prov. & partim Oceano Atlantico.

Fezzu, *Fez*, Hispanis *Fezza*, urbs Africæ, in Barbaria, antea sub Rege Marrochi, est in prov. Fezea, nunc subest Regi Tafiletæ, ad fluv. Uulonom, 100. m. p. ab ora Oceani in occas. totidem à mari Mediter. in Merid. & 100. leucis à Marrochio in Septentr. Teteguinam versus 40.



Fezzanus Mercator.

Fezzanum Regnum, *le Royaume de Fez*, Regnum Africæ, olim Mauritaniæ Tingitanæ pars, nunc in Barbaria reg. sub proprio Rege, inter Marochium ad Merid. & fretum Herculeum ad Septentr. ad occasum habet Oceanum Atlant. & ad ort. Regnum Algerii.
Lancellot. Addison, West-Barbary, or concer. the revolutions of Fez and Marocco, with their Customs. Oxonii. 1671. in 8.
Thomæ Erpenii, Bibliothecæ Fezzunæ Catalogus, extat sub finem Orationis de Linguâ Arabicâ. Lugd-Bat. 1659. in 8.
Cornelius Hazzart S. J. describit Fezzanum Regnum in parte 4. suæ Historiæ Eccles. præcedentis & præsentis Seculi.
Jo: Jacob. Hofmann, plerumq; in Lexico universali, ac in ejus Cont. V. Fezzanum Regnum.
Georgius Hornius de Fezza Civitate & Regno &c. in Orbe Imper. & in Orbe Politico parte 4. & in Histor. Philos. libro 5. cap. ultimo.
Jo: Leo, de Fezzæ urbis, & regni rebus in sua descriptione Africæ, libro 2. pag. 359.
Movëtte, in descript. regni Marrochi.
Philippus And. Oldenburgerus, de Regno Fezzano, in Thesauro Rerumpublicarum totius Orbis, p. 1.
Abr. Ortelii, Regna Africæ, Fezzæ, & Marrochi. Autu. 1595.
* *M. Nicolò*, & *Ant. Zeni Fratelli*, dello scoprimento dell' Isola Frislandia, &c. Venet. 1583. cum *Ramusio*, pag. 230.

Fritlar. V. Frislaria. V. Bogadium.

Frislaria, *Fritzlar*, ubs parva in Hassia provincia, ad Ederam fluv. in ditione Electoris Moguntini, 4. mill. à Cassella in Austrum Marpurgum versus, à quo 8. mill. Germanicis distat, & 4. à Zigenhemo in Septentr. etiam Friteslaria dicta.

* *Joseph Pellizer de Salas*, il Sejano Germanico, de la conjuracion y muerte del Duque de Fritland. 1639.

Frittola. V. Myrteta.

Fritzlar. V. Frislaria.

il Friuli. V. Forum Julium; V. Foro Juliensis provincia.

Frixano. V. Frixanum.

Frixanum, urbs in Sardiniæ Insulæ parte septentr. nunc excisa, locus *Frixano* dictus, in prov. Loci aurei prope Castrum Aragonense.

Froardum, *Fruars*, oppidul. Lotharingiæ, ad Mosellam fluvium, ubi recipit Murtam, 2. leucis à Nancejo in occas. æstiv. & 3. à Mussiponte in Meridiem.

Froidmont. V. Frigidus mons.

la Fromentera. V. Formentera.

Frons Africæ, pars Africæ magis in Austrum porrecta, nunc est promont. Bonæ spei, *le Cap de bonne Esperance*, in Cafreria regione, maximè in Meridiem extensum.

Frons Asiæ, ora Asiæ orientalis, quæ ab Oceano Eoo alluitur.

Frons Galliæ, quæ Oceano ad occas. exposita est, in Britannia minori.

Frons Germaniæ, ea pars quæ Danubio adjacet.

Frons Hispaniç, quæ Oceano Occiduo objecta est.

Frons Italiæ, ea pars Italiæ, quç inter duo promont. Leucopetram & Lacinium in mare porrigitur Jonium, & versus Siciliam.

Fronsac. V: Franclacum.

Frontenacus Lacus, *le Lac Frontenac*, lacus in Nova Francia, qui antea Ontarius dictus, *Skaniadario*, ab Iroquiis, qui versus ejus oram merid. inhabitant, ab ortu in occas. extensus ad leucas 80.

Frontiacum, dicitur ab aliis Franciacum. Vide ibi.

Frontignan. V. Frontinianum.

Frontinianum. Vide Forum Domitii.

Frosilone. V. Frusino.

Frosta, *Froste-Harret*, tractus Scaniæ provinciç.

Froste-Harret. V. Frosta.

Fruars. V. Froardum.

Frusino, urbs Volscorum in Latio, in via Latina, aliis Frusinum, & Frusinona Colonia, Phrusino Grçcis, olim Episcopalis, nunc *Frosilone*, oppidulum Campaniç Romanç in ditione Ecclesiç, prope Cosam fluv. inter Alatrium ad Septentr. 9. & Privernum ad Meridiem 15. m. p. Verulis propinquius, & 9. à Ferentino, 48. à Roma in ort. 18. ab Anagnia, versus Casinum montem.

Fruxinum, urbs Vindeliciç, nunc est Frisinga, *Freisingen* incolis, *Frisingue*



Frisinga ciuitas episcopalis Bauariæ condita putatur quando romani eam Bauariæ regionem gubernabant. que .a' danubii ripa transuenit ad alpes; habet locus iste amoenum in colle situm, sed agro de asper. preterfluunt mara; cus amnis. qui non procul mers miscetur:

Gallis, urbs parva Bavariç, Episcopalis sub Archiepiscopo Salisburgensi, ad Isaram fluv. sub proprio Episcopo, 5. mill. Germanicis à Monachio in Septentr. Ratisbonam versus 10. & 9. ab Augusta Vindelicorum in ortum, Landshutam versus 5.

* *Hundius*, de ea, in metropol. Salisburg.

Fryth. V. Forthea. V. Bodotria. V. Loxa. V. Bata.

Fucechius Lacus, *il Lago di Fucechio*, lacus parvus Hetruriç in agro Florentino, 5. mill. à Fano S. Miniatis in Septentr. & 10. à lacu Bientina in ort. etiam Phocensis lacus.

Fucinus Lacus, Marsorum lacus in Italia, *il Lago di Celano* hodie dictus, est in Aprutio Ulteriori ad radices Apennini, ejus circuitus est 20. mill.

Fuezel. V. Aquaviva. V. Aquavia.

Fuencheom, *Fuenchen*, urbs in Xansia prov. ad fluv. *Fuen*, prope montem *Vanhu*.

Fuenfria. V. Flavia Lambris.

Fuengirola. V. Salduba.

la Fuente de Canoes. V. Julia Contributa.

Fuentes, oppidul. Hispaniæ, juxta Nertobricam.

* *Vinc. Coronelli* ponit ejus figur. in Theatro Urbium, p. 3.

la Fuente Encelada. V. Interamnium Flavium.

Fuente-Ibre. V. Juliobrica. V. Morocca.

Fuente Ovejuna. V. Mellaria. V. Sisapone.

Fuenterabia. V. Fons Rapidus.

el Fuerte San Christoval. V. Arx S. Christophori.

el Fuerte de San Miguel. V. Arx S. Michaëlis.

la Fuerte ventura. V. Forteventura. V. Casperia insula.

la Fuerza de San Juan. V. Arx S. Joannis de Ulva.

Fuessen. V. Abrudiacum. V. Abusiacum. V. Faucena.

Fulcardi Mons, *Foucarmont*, oppid. in Normania, & in Caletensi tractu, ad amn. *le Sare*, 5. leucis ab Augo, & ab ora Oceani Britannici in Merid.

Fulcheria Insula. V. Adua Glarea.

Fuld. V. Fulda. V. Buchovia.

Fulda, *Fuld*, fluv. Germ. oritur in Buchonia tractu versus Franconiam, deinde in Septentr. fluens, juxta Cassellam labitur, & ad Mindam Verræ unitus, Visurgim fluvium efficit.

Fulda;

Fulda, *Fuld* incolis, *Fulde* Gallis, urbs parva Germaniæ in Buchonia tractu, distat 11. mill. Germ. à Cas-



sela in Merid. uti 4. ab Heroielda, Herbipolim versus 11. subest Abbati Ord. S. Benedicti

Faldensis Ditio, *das Stifft von Fuld* incolis, *le servitoire de l'Abbaye de Fulde* Gallis, tractus Germaniæ satis extensus in Circulo Rheni superioris, qui aliter & melius Buchonia, *Buchen* dicitur, & Fagonia, sive Fagia, ejus termini sunt à Septentr. Hassia infer. ab occas. Hassia super. ab ortu Hennebergensis Comit. & à Meridie Franconia, sub Abbate Fuldensi.

* *Christophori Browveri S. J.* Antiquitatum Fuldensium libri 4. Antu. 1612. in fol. *Ejusdem* Raflexio in libros Fuldensium Antiquitatum. Magunt. 1616.

Eberhardi Fabricii, Gloria Fuldæ Abbatiæ, idest Vita Abbatum Fuldensium ab anno 1244. ejus fundationis. Giessæ. 1655. in 8.

Caroli à S. Mariâ, de Scriptoribus Ord. Fuldiensis, liber, extat in Menologio Cisterciensi *Chrysost. Henriquez*.

Valentini Muntzeri, Chronicon Fuldense. 1549. Hildæ. 1650.

Gio: Baptista Pacichelli, de Fuldensi Abbatia, nell'itinerario di Europa. parte 2. pag. 251.

Wolfg. Regrvvill, Buchavia, sive Fuldensis Ditionis Typus. Antu. 1574. & ap. Ortelium 1595.

Anonymi, Antiquitatum Fuldensium libri 3. extant adjecti Chronico Magno Rerum Belgicarum Jo: Pistorii. Francof. 1654. in fol. in Tomo 3. Scriptorum Germaniæ.

Traditionum Fuldentium libri 3. Francof. 1607. pag. 445.

In Bullario Laertii Cherubini in tomo 4. extat Const. 96. quæ in Tomo V. est 113. Urbani VIII. de Collegio in Civitate nuncupata Fuldensi ad Scholares Germanicæ Nationis alendos, &c. In eodem Bullario extant constitutiones 70. 32. & 23. Sixti V. aliàs 18. 29. & 51. Pauli V. 12. 36. & Clem. VIII. 107.

Fulgeriæ, seu Fulgerium, & Filiceræ, *Fougeres*, urbs in Britannia minori, ad amn. *Coesnon*, versus confinia Normanniæ, 8. leucis ab Abrincis in Merid. & totidem à Dola.

Fulginium, Fullinium aliis, & Fulginia, hodie *Foligno*, urbs ditionis Ecclesiæ in Umbria, Episcopalis ad Tiniam fluv. parva, ad radices Apennini, 21. mill. à Perusia in ort. hyb. uti 10. ab Assisio, Spoletum versus 13. populi Fulginates, *i Folignati* vulgò.

* *Lodovico Giacobilli*, un Discorso historico della Città di Foligno. Fulgineæ. 1630. *Dello stesso*, Vite de Santi e Beati di Foligno, e di quelli, i Corpi de quali riposano in quella Dioceli, ibid. 1629. in 4. *Dello stesso* Vite de Vescovi di Foligno, ibid. 1626. in 4.

Ferdinand. Ughellus, de ejus Episcopis, in Italia Sacra Tomo 1.

Foligno: V. Fulginium.

Fulium, *Feuillans*, vicus cum Abbatia in Occitania, & in limite Convenensis Comitatus, ad amn. *Touche*, 2. leucis à Rivis in Septentr. Tolosam versus 6.

Fulsinium, oppid. Curictæ ins. quod & Fulcinium, nunc *Welka*, oppidul. in Vegiæ insulæ ora australi versus Absorum.

Funchala, *Funchal*, urbs Africæ, Episcopalis sub Archiepiscopo Olysipponensi, & caput Maderæ ins. in Oceano Atlantico, in valle & in parte orientali ins. sub Rege Portugalliæ, 40. leucis Hisp. à Sacro prom. in occasum hyb. & 90. ab ora Africæ in occasum.

Funchi, *les Funchos*, pop. in Æthiopia infer. versus lacum *Zaire*, sub sunt Regi Maroci.

Funebiæ Regnum, aliis Funhiæ, *le Royaume de Funbie*, Regnum in Nubia reg. aliter Bugitiæ Regnum, versus Nilum fluv. *ex Funchos*. V. Funchi.

Fundanus Lacus, Latii lacus, hodie *il Lago di Fondi*, in prov. Terræ Laboris, inter Fundos urb. & mare Tyrrhenum, in quod se exonerat, nunc *S. Angelo*.

Fundi, col. & urbs Auruncorum in Latio, nunc *Fondi*, urbs parva in prov. Terræ Laboris, Episcopalis sub Archiepiscopo Capuano, in confinio ditionis Ecclesiasticæ, 10. mill. à Taracina in ort. Formias versus 12. & 5. ab ora maris Tyrrheni.

* *Nicol. Rigaltii*, *Ismaëlis Bullialdi*, *& Henr. Valesii*, de populi Fundis, observationes. Divione. 1656. in 8. & Argent. 1670. in 8. cum ejus libellis ad Clerum Gallic.

Franc. Scotus urbem describit cum fig. in




fig. in Itin. Ital. p. 3.

Ferd. Ughellus, de ea & ejus Episc. in Ital. Sac. Tomo. 1.

Fünfkirchen. V. Quinque Ecclesiæ.

Fungcianum, *Fungcian*, urbs Imperii Sinarum in Xensia prov. cujus secundum locum occupat.

Fungianum, *Fungyan*, urbs Imperii Sinarum in Nanquinensi prov. cujus secunda existit, juxta fluv. *Hoai*.

Fungyan. V. Fungianum.

Fuoa. V. Nicii.

Fura Ducis, *Ter Weren* incolis, *Trevures* Gallis, castrum Brabantiæ, 2. leucis à Bruxella in ort. Lovanium versus 3.

Furanium, *S. Estienne de Furens*, burgus Galliæ, in Lugdunensi Præfectura, & in Forensi prov. ad Furanium amn. 2. leucis à Ligeri fluv. 18. à Lugduno in occas. hyb. Illic eruitur maxima carbonis terrestris copia. Dicitur etiam Fanum S. Stephani.

Furcelli. V. Erythion.

Furconium, quasi Forum Conæ, urbs Samnitum in Vestinis, olim Episcopalis, nunc excisa, ejus rudera *Forconio*, visuntur in Aprutio Ulter. prope Aquilam, nunc ad 3. mill. distante, ad ipsam traslatus fuit Episcopatus.

il Furlo. V. Intercisa.

Furnæ, *Furnes* Gallis, *Wuerne* Belgis, urbs Flandriæ parva, una leuca ab ora maris Germ. 3. leucis à Dunquerca in ort. Neoportum versus 2.

Furnes & Werne. V. Furnæ.

li Surni. V. Melantii.

Furstembergicus Principatus, *das Furstenthumb von Furstemberg*, tractus in Sveviæ Circulo, ab ortu in occas. extensus ad fontes Danubii, inter Sylvam Nigram & Lacum Constantiensem.

* *Leonardi Frizon S. J.* Furstenbergiana, libris 4. carmine. Burdigalæ. 1684. in 8.

Jo: Jac. Hofman, in Cont. Lex. univ. Lit. F.

Dism. Moller, Geneal. Furstemb.

Jac. Phil. Spenerus, in Theat. Nobilit. Europæ p. 1. pag. 4.

Christoph. Wolfgang, de Principis Furstenbergii detentione, Strasburg. 1674. in 4.

Anonymi, Lettres, & autres pieces concernantes en l'Enlevement du Prince Guillaume de Furstemberg. Bruxelles. 1674. in 12.

Traicté curieuse sur l'Emlevement du Prince de Furstemberg. &c. à Ville Franche. 1676. in 12.

Furstenfelds. V. Aquæ.

Furstenow. V. Ascaucalis.

Furstenthumb. V. Principatus.

il Fuscaro de lo Lino. V. Fosca Neronis.

Fusniacum, hodie *Foigny*, vicus in Sylva Teoracia, ad Iiaram fluv.

Fustata, urbs Ægypti. Vide Cairus.

Fut, fluv. Mauritaniæ Tingitanæ, al. Phthut, cum Phut oppid. in ora, inter Solis montem & Mysocaram in Oceanum Atlanticum sese exonerans.

Fuxiensis Comitatus, *le Comté de Foix* incolis, *el Condado de Fox* Hispanis, tractus in Aquitania, nunc sub Occitania comprehenditur, est à Septentr. in Merid. extensus juxta Alburacim fluv. inter Occitaniam superiorem ad ort. & Consuranos ad occasum, ad radices Pyrenæorum.

Fuxium, *Foix* incolis, *Fox* Hispanis, castrum, in Occitania, ad amn. *Lauriegne*, ad radices Pyrenæorum 6. leucis à confinio Hispaniæ, & à Pyrenæis in Septentr. 3. ab Apamæa, & 18. à Tolosa in Meridiem.

* *Bernard. Helii*, Vitæ Comitum Fuxiensium, anno 1540.

Pierre Olhagary, histoire de Foix, Bearn &c. à Paris. 1609. in 4.

Guil. de la Perriere, les annales de Foix, à Tholose. 1539. in 4.

Fuynen. V. Fionia.

Fynlands vel Finlands. V. Eningia. V. Finnia.

Fynlanders. V. Fenni. V. Phinni.

the Fyrth of Cantyr. V. Aestuarium Cantyræ.

the Fyrth of Clyd. V. Glotæ æstuarium.

the Fyrth of Forth. V. Forthea. V. Bodotria æstuarium.

G

GAas Mons, in Palæstina.

Gaba, urbs Palæstinæ, in Tribu Zabulon, penes Carmelum montem, & prope fines Ptolemaidis.

Gabaa, urbs Tribus Judæ in Palæstina, inter Accaim & Thamna.

Gabaa. V. Gabaon.

Gabaeu. V. Thalpites.

Gabala, urbs Coelesyriæ, in ora maris Sy-

vis Syriaci , Episcopalis sub Patriarcha Antiocheno hodie *Gibel*, 40. mill. ab Antarado in Bor. Laodiceam versus 12.

Gabalensis Provincia, *le Givaudan*, prov. in Occitania, inter Alverniam ad Septentr. Ruthenensem prov. ad occas. Occitaniam infer. ad Merid. & Vivariensem prov. Velauniosque ad ort.

Gabali, pop. fuere Aquitaniæ, versus Cemenos montes, inter Arvernos ad Septentrionem, Velaunos & Helvios ad Orient. Vulcas Arecomicos ad Merid. & Rutenos ad Occid. ubi hodie Gabalensis prov. *le Givaudan*.

Gabali, seu Gabalus, & Anderitum Gabalorum, urbs olim Episcopalis sub Archiepiscopo Bituricensi, in Aquitania, nunc est *Javoux*, vicus Gabalensis prov. 4. leucis à Mimate urbe.

Gabalicus, pagus Galliæ, aliis Gabalensis ager *le Givaudan*, Occitaniæ provincia.

Gabaon, urbs Palæstinæ, in secunda parte Tribus Benjamin, in monte Silo, nunc vicus Terræ Sanctæ, *Garandavid* dictus, 50. stadiis ab Hierosolymis in Septentrionem.

* *Tornelius* de Gabaonitis, anno mundi 2584. n. 19. 20. & 3007. n. 1.

Gabara, oppid. fuit Palæstinæ in Galilæa, prope Tiberiadem.

Gabarus, seu Gaberus, *le Gave*, fluv. Aquitaniæ, in Benearniæ Principatu.

Gabarus Oloronensis, *le Gave d'Oleron*, fluv. Benearniæ, oritur ex montibus Pyrenæis ex duobus fluviolis *le Gave d'Aspe*, *le Gave d'Ossau* dictis, qui simul uniti ad Oloronem urbem, constituunt Gabarum Oloronensem ob ea dictum, deinde auctus aliquot fluviolis, Gabaro Palensi miscetur, & paulo post cum ipso in Aturum cadit.

Gabarus Palensis, *le Gave de Pau*, fluv. Aquitaniæ, conficitur ex fluviolis *le Gave d'Asun*, *le Gave de Barege*, *le Gave de Cauteres*, & *le Lavedan*, in Bigerrensi Comitatu ex Pyrenæis montibus, deinde in occas. æstiv. tendens in Aturum fluv. se exonerat 4. leucis supra Bajonam in ortum.

Gabathe, urbs Galliæ.

Gabe, urbs Syriæ in Phenicia, & in ora maris Syriaci, quæ & Gabala. V. ibi.

Gabella. V. Narona. V. Narbona.

Gabellus, fluv. Æmiliæ, hodie *la Secchia*, oritur ex Apennino in limite Carferonianæ, deinde in Padum se exonerat infra cœnobium S. Benedicti in Ducatu Mantuano.

Gabiano. V. Gabieni.

Gabieni, populi Liguriæ mediter. quorum oppidum Gabienum, sive Castra Gabieni, hodie *Gabiano*, Castrum Italiæ in Ducatu Montisferrati, juxta Padum fluv. in confinio Pedemontii, 3. mill. infra Verrucam in ort. Tridinum versus 7.

Gabii, col. & urbs Latii, vel Gabina, in via Prænestina, olim Episcopalis, 13. mill. à Roma in ort. Præneste versus, postea excisa, cujus rudera nunc, ubi locus *il Campo Gabio* inter Columnam & Montem Portium in Campania Romana.

Gabinium, *Gabin*, oppidum Poloniæ majoris, inter Wladislaviam, & Warsoviam, ad amnem Bsuram, in Palatinatu Ravæ, 3. mill. Polon. à Plosco in Austrum.

Gabowina. V. Berbia.

Gabrantuicorum, oppid. & portus Brigantum in Britannia majori, hodie *Suerby*, vicus Angliæ in ejus parte Boreali, & in Eboracensi prov. in ora Oceani Germ. inter ostia Vedræ fluvii & Abi æstuarium.

Gabreta, aliis Gabrita, pars Sylvæ Hercyniæ, ubi hodie Thuringicus Saltus, inter Bohemiam, Franconiam, & Thuringiam, vulgò *Friesterter Walde*, estque pars occid. Sylvæ Bohemicæ.

Gabrosentum, oppid. Brigantum in Britannia majori, nunc *Gateshead*, vicus agri Dunelmensis in Anglia, ad Tinam fluv. uti & *Newcastle*, oppidum Northombriæ prov. cui adjacet, 5. mill. ab ora Oceani Germanici.

Gabrumagum, seu Gabromagus, oppid. Norici, hodie *Heylige Kreutz*, vicus Austriæ infer.

Gad, urbs Palæstinæ, in Tribu Gad, nunc vicus *Niphat* dictus.

Gad, una ex duodecim Tribubus Judææ, trans Jordanem fluv. cujus termini erant ad Septentr. dimidia pars Tribus Manasse, ad ort. Arabia, ad Merid. Tribus Ruben, & ad occas. Jordanis fluv. nunc sub Turcis.

Gadabitani, pop. versus Leptim magnam & Sabathram.

Gadaone, locus Galliæ Narb. aliis est *Exilles*, oppidul. Delphinatus cum castro in limite Sabaudiæ, intra Alpes prope Segusionem, aliis est *Sezane* vicus.

Gadara, urbs Palæstinæ, aliis Gaddara, Gadaris, & Gadora, alias in dimidia Tribu Manasse trans Jordanem, postea in Trachonitide, ad Gadaram amn. nunc excisa, & ejus ruinæ *Gaddi* dicuntur, 16. m. p. à Scythopoli in ort. ferè totidem à Tiberiade.

Gadara lacus in Terra promissa.

Jo: Euseb. Nieremberg. de miris terræ prom. cap.54.

Gaddi. V. Gadara.

Gaddir, insula Hispaniæ. V. Cades.

Gadelonitis, regiuncula Cappadociæ occidua, juxta Halys fluvii ostia.

Gademessa, *Gademes*, tractus Africæ, cum deserto cognomine, in regione Biledulgeridia, inter Fezzanum desertum ad ort. & Guargalam ad occasum.

Gademes. V. Gademesa.

Gademez. V. Oasis magna. V. Anasia.

Gades, ins. Hisp. Bæt. in Oceano Atlantico, aliis Gadira, Erythia Gadir, Cotinusa, & Tartessos, nunc *Cadiz*



Caliz olim Gades, insula et civitas eiusdem nominis; uix 750 pedibus a continente distans; ampla ac prisca, partim mercature comodis partim salinis fruitur; maximaq porta [illegible] regionum [illegible] stationem prebet. et eam excellenter turres in quar: fastigio ignis [illegible] [illegible] Hispanis denonciat [illegible] [illegible] numeratam [illegible]

inco-

Incolis, *Cadis* Gallis, *Calis Malis* Anglis & Belgis, & *Cadice* Italis, parva est, & ab ortu in occasum extensa ad quatuor leucas inter ostia Bætis fluvii & Fretum Herculeum, in ea urbs Gades, vulgò *Cadiz* incolis, & *Cadis* gallis, Episc. sub Archiep. Hispalensi, parva in parte occid. ins. cum arce & portu 19. leucis Hispanicis ab Hispali in Merid. uti & 7. ab ostio Bætis fluv. & 15. à Calpe in occas. æstiv.

* *Lælius Biscióla*, Gades unde nominatæ? in hor. subsc. tomo 1. lib. 13. cap.4.

Jo: Bapt. de Salazar, Grandezas y antiguedades de la Isla y Cindad de Cadiz. Gadibus in 4.

Constitutiones Collegii S. Barth. in urbe Cadiz, hispan. Matriti 1594. in 4.

Gaditana-Julia Colonia, urbs in Hispania Bætica.

Gaditanum Fretum. Vide Fretum Herculeum.

Gaditanus Oceanus, aliis Gaditanus sinus, & sinus Equarum, *el Golfo de las Yeguas* Hispanis, *le Golfe des Juments* Gallis, pars est Oceani Atlant. versus oram Vandalitiæ, & Regni Fezzani, extenditurque à prom. Sacro in Algarbia ad Septentr. ad Cantinum prom. Regni Fezzæ ad Meridiem.

Gaditanus Sinus, *la Baya de Cadiz* Hispanis, pars est parva Oceani Atlant. seu Gaditani in ora Vandalitiæ, inter Gades ins. ad Merid. & ostia Bætis & Lethes fluviorum ad Septentr.

* *Georgii Hoefnagelii*, Sinus Gaditanus, nunc *Baya* de Cadiz. extat inter Ortelii Tabb. Antu. 1595. in fol.

Gadura. V. Physcus.

Gæa, Pontia, & Misynos, insulæ parvæ Africæ, ad Syrtim majorem, quæ *Solocho* nunc dicuntur.

Gaen. V. Giennum. V. Gienna.

Gælatæ, pop. Galliæ Narb. circa Rhodanum fluv.

Gæsum, stagnum Joniæ, inter Prienen & Miletum juxta Mæandrum fluv.

Gætulia, regio Lybiæ inter. Garamantibus finitima.

Gætuli, qui & Getuli, pop. Africæ interioris, erant inter Mauritaniam ad Septentr. Garamantes ad ort. Nigritarum reg. ad Merid. & Oceanum Atlanticum ad occas.

Gaetta. V. *Gajetta*.

Gafers. V. Justinopolis.

Gage, fluv. Lyciæ.

Gagecome, oppid. Phrygiæ magnæ, vulgò *Gaivo* nunc.

Gagheti. V. Gaguetia.

Gagliano. V. Galeria. V. Galetina.

Gaga. V. Gagum.

Gaguetia, *Gagheti*, prov. Georgiæ Regni quæ etiam *Kacheti*, extenditur inter Carduchiam ad Sept. Samseam, & Imeritiam provincias ad Occident. Scirvaniam ad Orient. & Armeniam ad Meridiem.

Gagum Regnum, *le Royaume de Gaga*, Regnum in Nigritia reg. inter Nigrum fluv. ad Septentr. & Guineam ad Merid. Urbem primariam habet cognominem.

Gagum, *Gaga*, urbs in Nigritia reg. Regni cognom. caput.

Gaja, fluviolus Hisp. Tarrac.

Gaja. V. Caie.

Gajazzo. V. Calotia. V. Galatia.

Gaidaronisa. V. Letoa.

Gajetta. V. Cajeta.

Gaii Castrum, oppid. Phrygiæ, nunc *Geive*.

Gaillac. V. Galliacum.

Gaillon. V. Gallio.

Gaino. V. Gannum.

la Gajola. V. Euplæa.

Gainsbarau. V. Genesborovia.

Gaisenfeld. V. Vallatum.

Gaisling. V. Augustana Castra.

Gaitia, melius Jaycza, *Jaycz*, & *Jaycza* Vide Jaycza.

Gajum, hodie vulgò *le pais de Gez*, sæpe Gesia. Vide ibi.

Gaivo. V. Gagecome.

Galaber, *le Galaure*, fluv. in Delphinatu, in Rhodanum se exonerat prope Fanum *S.* Valerii 6. leucis infra Viennam in Merid. in valle aurea.

Galactophagi, qui & Galactopotæ, populi Sarmatiæ, circa Mæotidem paludem.

Homerus illos justissimos vocat, quòd tenui victu contenti ab omni iniuria se abstineant.

Galacz. V. Axiopolis.

Galapha, oppid. Mauritaniæ Tingitanæ vel Gala, nunc *Garcis*, oppidulum Regni Fezzæ, ad Mulviam fluv. in Chausa prov.

Galardo, *Gaillardon*, oppid. Belsiæ prov. ad amnem *Gas*, & in Carnotensi tractu, 4. leucis à Carnuto in ortum Luteriam Parisiorum versus.

Galaria, aliis Galarina, Galorina, nunc *Gagliano*, castrum Siciliæ in Valle Nemorensi, medium inter Ætnam montem ad ort. & Heræos montes ad occasum.

il Galasa. V. Galesus.

Galata, & *Calata*. V. Calydon. V. Galata. V. Calara. V. Chrysoceras. V. Cornu Byzantii.

Galata. Vida Calathe.

Galata. Vide Calata.

Galata, suburbium Constantinopoleos trans portum, in Bosphori ripa.

Galatea. V. Minoa.

Galathea, urbs Thraciæ, ubi diu asservata fuit tunica D. N. I. C.

Galati. V. Calata. V. Galata.

Galatia. Vide Calatia.

Galatia, γαλατία, græc. prov. Asiæ min. quæ & Gallo Græcia, cujus termini erant ad occas. Phrygia magna, Bithynia, & Asia propria: ad Merid. Pisidia & Licaonia; ad ort. Cappadocia: & ad Septentr. Paphlagonia.

* *Beyerlinck*, in Th. Vit. Hum. Lit. G.

Jo: Jacob. Hofman, in Lex. univ. & in ejus Contin. Verbo Galatia.

Alph. Salmeron, de Galatis, in Comm. in Epist. Divi Pauli ad Galatas.

Solinus, de Galatarum origine.

Tab. Ptolemaica, prima Asiæ, in qua Galatia, &c. inter alias.

Galatina. V. Galatana.

Galatum, oppid. aliis Calatum. Vide ibi.

la Galaure. V. Galaber.

Galba. V. Sestiaria.

Galbæ Castra, vicus Veragrorum in Gallia Lugdunensi, hodie *la Motte des Sarrazins* in Valesia, & in Sabaudiæ confinio, versus Agaunum & vicum *S. Jean le vieux* dictum.

Gale, *Galetta*. V. *Gallo*. V. Galum.

Galea. V. Cornus.

Galeagra, Turris urbis Syracusarum in Sicilia, juxta Portum Trogilorum, locus nunc *la Scala Greca*.

Galeata. V. Galliani saltus. V. Mevoniola.

los Galegos. V. Gallaci. V. Callaici.

les Galegues. V. Gallæci.

le Galejon. V. Fossa Mariana.

Galera. V. Careiæ. V. Gallera. V. Galelora.

Galeso. V. Gallesium. V. Fescennia.

Galesus, fluv. Magnæ Græciæ, dictus etiam Eurotas, hodie vulgò *il Galeso*, oritur ex Apennino in prov. Hydruntina, versus Uriam, & in occas. fluens in sinum Tarentinum labitur 5. m. p. à Tarento.

la Galetta. V. Aegimarus. V. Galsanacar. V. Gichibis.

Galgala, locus erat Palæstinæ, prope Jordanem fluv. 8. m. p. ab Hierichonte in ortum.

Galiarum, op. Salentinorum.

Galibi, *les Galibis*, populi Guajanæ regionis, versus oram maris Borealis, inter Cajanam ins. & fluv. Surinamum.

* *Petri Pelleprat. S. I.* introductio ad linguam pop. Galibis. Paris 1655. in 4.

les Galibis. V. Galibi.

la Galica. V. Gallæcia.

la Galicia. V. Gallæcia.

Galilæa, גלילות hebr., regio, quæ septentrionalem obtinet totius Judææ partem; erant à Sept. Syria sive Phœnicia, interjacente Libano, à Merid. Samaria & Carmelus mons, ab Oriente Jordanis fluv. & mare Galileæ, ab Occidente mare Mediterraneum, nunc hæc regio pars est septentr. Terræ Sanctæ, & vocatur ab indigenis *Belad Elbeschara*.

* *Th. Jackson Weekly*, Lectures upon Christs passage With his Dilciples over the sea of Galilee. London. 1623. in 4.

Steph. Menochius, de Galilæa, nelle *Stuore*, cent.9. cap.25.

Jo: Euseb. Nierenberg de mari Galileæ, de miris terræ prom. cap.6.

Ang. Reisseri, Fasciculus Dissertationum &c. ubi de Dialecto Galilæa &c. Witteb. 1663. in 4.

C. Plin. lib.5. cap.14.

Vide Palæstina.

Galilææ Mare. Vide mare Galilææ.

Galindæ, populi Sarmatiæ Europææ, inter Sudenos, Ombrones & Æstiæos, erant forsan ubi nunc pars occident. Lithuaniæ, in Regno Poloniæ versus Prussiam.

Galindia, fuit una ex 12. partibus Prussiæ Ducatus, sub Electore Brandeburgico.

Galistea. V. Rusticisna. V. Galisteum.

Galisteum, *Galisteo*, castrum Hispaniæ in Extremadura provincia Regni Legionis, versus Cauriam urbem.

la Galita. V. Galata. V. Calathe.

Galitza, provincia Tauro-Scythiæ.

la Galiza. V. Gallecia.

Gallæ, & Gallæ, *Galles* sibi, *os Gallas* Lusitanis, *les Galles* Gallis, populi Æthiopiæ, qui seipsos persæpe *Imban Gallas* vocant, & à Regni Congi incolis *Giagnas*, seu *Giaques* dicuntur, sunt inter Abassiniam ad Septentr. & Regnum Monemugi ad ort. Regni Congi.

Gallæci, populi Hisp, Tarrac. aliis Callaici, & Gallicii, extremi ad occas.& Septentr. incolentes, nunc *los Gallegos* dicti ipsis, *les Guallegues* Gallis, quorum Regio Gallæcia. V. Callaici.

Gallæcia, *la Galizia* Hispanis, *la Galice* Gallis, *la Gaza* Lusitanis, *la Galicia* Italis, provincia Hispaniæ, maximè in occasum extensa, nunc pars est Regni Legionis, terminatur à Septentrione & Occidente Oceano Atlantico, à Meridie Portugallia, & ab Oriente Astoria, & Regno Legionensi subestque tota Regi Hispaniæ.



Gallaciæ Nobilis ex Titiano.

* *Jo. Boterus*, in Relat. Hispaniæ. *Philippi de la Grandana Eremitæ Augustiniani*, Historia Hierosolosoto-pica del Reino de Galicia.

Jo: Jacob. Hofman in Lex. Univ. V. Gallæcia.

de Molina, Descripcion del Reyno de Galicia, y de las Armas y Blasones de los Linages de Galicia, de Donde proceden Casas señaladas de Castilla. Pinciæ. 1650.

Jo: Euseb. Nieremb. de Antro Gallæciæ, de mitis Europæ, cap. 24. & 25.

Fr. Fer. Ojea, Gallæcię Regnum Descriptum. Amstel. ap. Guil. Blaeu, & Jo: Janson.

C. Plinius, lib. 4. cap. 12.

Ptolomaeus, libro 2.

in Concilio Lucensi anni 569. sui cuique Fines assignati sunt, ne excederent, Bracarensi Ecclesiæ Metropolitanæ, & ulita Gallæciæ Ecclesiis Cathedralibus.

Anonymi, relatione di tre Pellegrini, che andarono à S. Jacopo di Galitia, rappresentatione. in Siena: in 4. in verso.

Vide Hispania, ubi de S. Jacobi Apostoli adventu in Hispaniam ponuntur scriptores plures.

Gallæcia Nova. Vide Xalica, & Nova Gallæcia.

* *Gio: Battista Ramusio*, della nova Galitia, nelle navigat. vol. 3.

Nova Hispania, & nova Gallæcia. Amstelod. ap. Jo: Jans. & Guil. Blaeu, fol. exp.

Gallæcus Fluvius, qui & Gallicus, fluv. Hispaniæ Tarrac. nunc *el Rio Gallego*, in Regno Aragoniæ, oritur ex Pyrenæis, in limite Benearniæ Principatus, prope Fanum S. Christinæ, deinde in Merid. fluens in Iberum fluvium cadit prope & infra Cæsaraugustam.

Gallana, oppid. Brigantum in Britannia magna, nunc est *Walwick*, vicus Angliæ in Northumbria provincia, juxta murum Picticum & Tinam fluvium, 25. mill. passibus à Novocastro in occasum.

los Gallas. V. Gallæ.

Gallega. V. Gallicum.

Gallera, vel Gallora, vicus Thusciæ, circa Galloram fluvium, nunc forsan *Gallera*, castrum provinciæ Patrimonii, inter Romam & Bracceum.

Gallerata. V. Gallorum Arca. V. Galleratum.

Galles, & la Principauté de Galles. V. Wallia.

les Galles. V. Gallæ.

Galliciam, *Gallese*, urbecula Italiæ in ditione Ecclesiæ, & in prov. Patrimonii, aliàs Episcopalis & Frescennia dicta, Ducatus titulo insignitur gentia Altempsię, ad Tiberim fluvium, in limite Umbriæ, inter Civitatem Castellanam ad Meridiem, & Hortam, ad Septentrionem ad 5. mill. pass. & 25. mill. à Roma in arctos.

Galleti. Vide Caletes.

Galleva Atrebatum. V. Caleva.

Gallevesse. V. Gallovissia.

li Galli. V. Sirenusæ.

Galli, populi Franci vocantur, vulgò *les François*. Vide Franci, & Francia.

Gallia Asiatica, melius Galatia dicitur. Vide ibi.

Gallia, Europæ Regio amplissima, includebatur Rheno fluvio, Oceano Britannico, & Gallico, Pyrenæis montibus, mari Mediterraneo, & Alpibus: at postquam Gallorum pars Alpes transgressi, Italiæ etiam solum obsiderunt, terminus Galliæ ab hoc latere factus est Apenninus mons, & Æsis fluvius. Totum hoc spatium (facta à Romanis divisione) dividitur in Galliam Ulteriorem, seu Transalpinam, & Galliam Citeriorem, seu Cisalpinam.

Gallia, quæ & Gallia propriè dicta, & Gallia Transalpina, sive Ulterior, pars

GALLIAE REGNVM



est Europæ perampla, cujus termini erant à Septentr. Oceanus Britannicus, & partim etiam Germanicus; ab Occid. Oceanus Occident. à Meridie montes Pyrenæi, quibus ab Hispania dividitur, & mare Mediterraneum: ab Oriente Alpes, quibus ab Italia dividitur, & Rhenus fluvius, quo à Vindelicia & Germania disjungitur, divisa fuit à Julio Cæsar in tres partes, nempe Celticam, Belgicam, & Aquitanicam, & postea ab Augusto in quatuor partes peramplas, nempe in Narbonensem, quæ Braccata etiam dicitur, & in Aquitanicam, Belgicam, & Celticam, seu Lugdunensem, quæ tres simul unitæ dicuntur Gallia Comata, & nunc hæ quatuor partes Galliæ, seu melius Gallia, pro maxima parte dicitur Francia, & Franciæ Regnum, *le Royaume de France* vulgo, *Franckreich* Germanis, estque Regnum Europæ potentissimum, sub quo comprehenditur Gallia Aquitanica tota, Gallia Narbonensis ferè tota, Gallia Celtica ferè tota, & maxima pars Galliæ Belgicæ.

corum, qui ceperunt Hierusalem, extat in tomo 1. Histor. Orientalis inscriptæ (Gesta Dei per Francos.) Hanov. 1611. fol.

S. Agobardi Archiepisc. Lugdunensis, de Monarchia Imperii Francici, & de divisione Gallicani Imperii, sive Italiæ, Galliæ, Germaniæ, &c. Inter Hæredes Lud. Pii Imperatoris, Epistola. Francof. 1521.

Jean Aiemes, de l'advenement à la Courone de France de Henry Bourbon.

Henr. Alai S. I. Grammat. Gallica. Lugd. 1657. 8.

Almanni, Galliæ totius desolatio à Normannis facta, liber.

Ant. Dandini Altesserra, de Ducibus, & Comitibus Provincialibus Galliæ. Tolosæ. 1643. 4., accessit liber de Origine, & Statu Feudorum pro Moribus Galliæ.

Jo: Amati, Jani Gallici facies prior, scilicet Historia Bellorum Civilium ab anno 1534. ad 1589., gallicè, & latine, cum Commentariis. Lugd. 1594. fol.



Galliæ Mulier Nobilis ex Titiano.



Galliæ Vir Nobilis ex Titiano.

* *Sansonis Abbeville*, Royaume de France en general. *Item* Rivieres de France. *Item* Postes de France. *Item* Isle de France. Paris. 1660. Tabulis Geographicis.

Pauli Æmilii, Historia rerum Gallicarum. Paris. 1554. fol. & 1597. 8. & Basil. 1601. fol. ibid. 15-9. fol. & germanicè per *Joh. Thom. Frey*. Basel. 1572. fol. & gallicè traduicte par *Jean Regnard*. à Paris. 1573. fol.

Raymundi de Agiles, Historia Fran-

Sr. l'Amy, Historiæ Franticæ Epitome, gallicè. à Paris. 1654. 4. Tolosæ. 1651. 12.

F. Anselme, les Genealogies Historiques de plusieurs Nobles Familles de France. à Paris. 1664. 4.

D. Prosperi Aquitanici, ad Gallorum Capitula responsiones; extant in ejus Operibus.

Andr. Araldi, Historiæ à Pharamundo usque ad Henricum III. Venet. 15?9. fol. italicè cum iconibus

Regum.

Gorhardi Arthi, Historiæ rerum Galliæ, Belgii, & Hispaniæ. Francof. 1624. 8.

Cl. de Artillier, compendium grammat. gallicæ. Lugd. 1629. 8.

Ant. Auberii, des Justes Pretensions du Roy sur l'Empire. à Paris. 1667. in 12. *Ejusd.* Preeminence sur l'Empereur, & le Roy d'Espagne. Paris. 1650. 4.

Mr. Audigier, de origine Francorum, & eorum Imperio, gal. à Paris. 1677. in 12.

Sr. Audin, Histoire de France in Tabulis à Paris. 1674. 4. & 1647. 4.

Nath. Cornelii Aureliani, Linguæ gallicæ institutiones, lib. 3. Spiræ. 1584. 8.

Guil. des Autels, traicté de l'ancienne Escriture Françoise, de sa Poesie, &c. contre l'Ortographie des Meygretiste. a Lyon in 16. *Ejusd.* Replique aux furieuses deffences de Loys Meygret, &c. circa prædicta. ibidem. 1641. 8.

Jo: de Anton, Historia Ludovici XII. Regis Franciæ ab anno 1506. ad annum 1508. *Item* ab Anno 1498. ad 1515. gallice. Parisiis. 1615. 4.

Bernardi Autumni, la conference du Droict François avec le Romain. à Paris. 1610. fol.

Aymonii de Gestis Francorum usque ad Philip. V. Augustum. libri 5. Paris. 1602. in fol., & in corpore historiæ Franciæ. Han. 1613. fol.

Aymari, in Concordata Regis Francisci, & Leonis X. Commentarius. anno 1539.

P. D. B. Collectio Edictorum, Pacificationum, Ordinationum, & Declamationum factarum per Reges Franciæ. 1612. in 12.

Dn. de Babutin Com. de Busly, historia Lud. XIV. Regis Franciæ, quæ sub ejus Regno ad 1700. contingerunt, memoratu maximè digna compendio complectens. Paris. 1700. in 12.

Jean Bacques, Trois premiers traictez des Droicts du Domaine de la Couronne de France, &c. Paris. 1580. in 4. *Ejusd.* Quatriesme Traicté des Droicts, &c. Par. 1582. 4.

Steph. Baluzii, Capitularia Regum Francorum. Paris. 1677. fol.

Bargerus, fundamenta Linguæ gallicæ. Lips. 1641. 8.

Baricave, Defence de la Monarchie Françoise, & autres, contra Librum, Vindiciæ adversus Tyrannos Bruti. Tolosæ. 1616. in 4. gal.

Cæsar Baronius, de Gallicana Synodo ann. 429. in Annal. tomo 5.

Gabrielis Bartholomæi, Historia prostratæ Rebellionis in Gallia. Tolosæ. 1634.

M. Ant. Baudrandus Galliam universam, prout nunc est, & olim fuit, fusè describit, & dividit, in sua geographia ordine Literarum disposita. Voce Gallia.

Jaq. de Beauchesne, le thresor d'Escriture Franc. à Lyon. 1580.

Thom. Beaux Amis, Remonstrance au Peuple François, qu'il n'est permis à aucun subiect, soubs pretexte que ce soit, se rebeller ne prendre les armes contre son Prince, & Roy, ny attenter contre son Estat. à Paris. 1575. 8.

Ludolphi Bebenburgli, liber, quo veterum Germaniæ Principum in Fide, & Religione Constsoriam multis historiis comprobat, in quo multa sunt, quæ Christianissimi Gallarum Reges præclaré in amplificandis Catholicæ Religionis finibus gesseruot. Paris. 1540. & 1564. clas. 1425.

Franc. Belcarii, Gallicarum rerum Comm. ab anno 1461. ad ano. 1580. 2. vol. Lugd. 1625. fol.

Martini Bellai, seu *du-Bellay*, Comment. de rebus gallicis libris decem. Franc. 1574.

Guill. de Bellay, Epitome de l'antiquite des Gaules, & de France. à Paris. 1556. 4.

Franc. Belleforesti, L'Histoire des neuf Roys Charles de France. à Paris. 1568. fol. *Ejusd.* Discours des Presaiges, & miracles advenus en la personoe du Roy Charles IX., & parmy la France, dez le commencement de son regne. a Paris, 1568. 8. *Ejusd.* Les grandes Aonales, & Histoire generale de France, de la venue des Frances en Gaule jusques au Regne du Roy Henry III. a Paris. 1579. fol. & avec la continuation par *Gab. Chappuis*. Paris 1600. fol.

Jo. Bapt. Belli, Polyænus Gallicus, sive Stratagemmata gallorum. Tolosæ. 1645. 8.

James Bellot, à French Grammar. Londini. 1578. 8.

Peter Beloy, Conference des Edicts de Pacification des troubles emeos au Royaume de France. Paris. 1600. in 8.

Petri Benso, trium Linguarum, gallicæ, italicæ, & Hispanicæ analogodiaphora, unde innotescit, quantum à Romana deflexerint. Oxonii. 1637. in 8.

Henr. Benzonus, de Gallorum in Floridam expeditione, pag. 429.

Gabr. Berens, Synopsis Rerum Gallo-Francicarum. Paris. 1660. 4.

Bergeronii, notæ ad Paponii Corpus Juris Francici. Col. Allobr. 1624. fol.

Georg. Bernard, Sommaire de la Cronique, & Vies de Roys de France, à Lyon. 1570. 8.

Bernard, Contr'Avis, sur le Sojet de transferer la Couronne de France en main Estraogere. a Rochelle. 1590. in 8.

Sam. Bernardi, Grammat. gallica nova. Argent. 1607. 8., 1621. 8, 1614. 8. *Ejusd.* Dialogues pour apprendre la Langue Franc. Genevæ. 1638. 8.

Petri Bertrandi, libellus adversus *Petrum de Cugneriis*, pro Ecclesiæ Gallicanæ libertate; extat in Bibliothec. Patrum Bignæi, & in Tractatibus Juris, editis Venet. sub hac Inscriptione, de Jurisdictione Ecclesiastica, tractat. 12. fol. 408., & seorsum. Paris. 1495. 4.

Petri Berthault, sive *Berthaldi*, Florus Gallicus Libris IV. Paris. 1646. 12. 1644. 12. Col. 1651. 4. & 1659. 4. Lugd. 1671. 12.

N. Besogne, l'Estat de France avec un recueil des Armories de la Noblesse. à Paris, 1663. 8.

Cornelii a Beughem, Gallia erudita. Amstel. 1683. 12.

Raph. de Beuchamps, historiæ Franco Merovingiæ synopsis. Duaci Catuarum. 1633. fol.

Laur. Beyerlink in Th. Vit. Hum. V. Gallia.

Theodori Bezæ. de recta pronunciatione Linguæ gall. Genevæ. 1584. in 8.

Jacques de Bie, les Familles illustres de la France par les monuments des medailles anciennes & modernes. Paris. 1634. fol.

Petri Bibliothecarii, historia Francorum abbreviata ab anno Chr. 715. ad 898. Paris. 1641. cum aliis, pag. 540.

Hierome Bignon, de l'Excellence des Roys, & du Royaume de France. a Paris. 1610. 8.

Gio. Batt. Birago, delle Sollevationi accadute ne nostri tempi in Catalogna, in Portugallo, in Brasil, in Inghilterra, Napoli, e Francia. Venet. 1653. 4.

Jac. le Blon, Lilietum Ministerii Card. Richelii, & Mazarini. Herbornæ. 1664. 4.

M. Ant. Blanci, de Magistratibus Gallicia.

David. Blondelli, Genealogiæ Francicæ. Amstel. 1652. fol. *Ejusd.* plenior Assertio Genealogiæ Francicæ contra *Jac. Chiffletium*. Amstel. 1654. fol. tom. 2.

Laur. Bochelli, Decreta Ecclesiæ Gallicanæ ex Concilüs, &c. libris 8. Paris. 1609. fol. prohibentur, donec corrigantur. *Ejusd.* Histoire generale de la Justice Criminelle de France. Paris. 1622. fol. *Ejusd.* Bibliotheque ou Thresor du Droit François, tomis 2. à Paris. 1612. fol., & augmenté par *M. Jean Beschefer*, tom. 3. a Paris. 1629. fol. & 1667. fol.

Nicolai Boerii, Additiones ad Tractatum, de authoritate Magni Consilii, & Parliamentorum Regni Franciæ *Jo. Montani*, seu *de Montaigne*. Lugd. 1593. fol. ibid. 1566. fol. Paris. 1512. 8.

Jo. Boemi Aubani, Comm. de Statu Religionis, & Reipublicæ Galliæ pars 1. libris 3. 1571. 8., 2. Partis Libri 3. sub Carolo IX. 1571. 8., 3. partis libri 3. 1571. 8. 4. Partis libri 3. 1571. 8. 3. partis libri 3. sub Henrico III. Lugd. Bat. 1580. 8.

ex *Jo. Bollandi*, & *Godefridi Henschenii* Actis Sanctorum Januarii, & Februarii brevis notitia, Italiæ, Hispaniæ, Galliæ, &c. in tres libros digesta. Antuerp. 1658. 8.

Ludovici Bolognini, de quatuor Singularibus in Gallia repertis liber; extat in Opere, de duplici Disciplina *Symphoriani Champerii*.

Jean le Bon, Advertissement à *Ronsard* touchant sa Franciade. a Paris. 1568. in 8. *Ejusd.* Etymologicon François. à Paris. 1571. 8.

Franc. Bonandi, Monodiæ LVIII. Illustrium Franciæ Regum a Pharamundo, usque ad Franciscum Valesium. Paris. 1543. 8.

Sr. de Bonair, Histoire de France continouée de puis Faramond jusques à Heory III. escrite par de Prade. Paris. 1678. 12.

Jacobi Bonaudi, ad Franciam, Franciæque Regem Panegyricus. Lugd. 1626. 4.

M. Bonnecase, Tableau des Provinces de France. Paris 1664. 12.

Bened. Bonnefoy, Historia Hæresis in Gallia ortæ, & oppugnatæ sub postremis Balloliæ, & Primis Borboniæ Stirpis Regibus. Tolosæ. 1667. 4., & 1670. 4.

Simonis Bornmeisteri, Pharus Geographiæ Hispaniæ, Galliæ, Italiæ variis observationibus, Civilibus, Historicis, Topographis, Philologicis illustrata. Normbergæ. 1672. 8.

Pierre Borell, Thresor des Recherches, & Antiquitez Gauloises. & Françoises. Paris. 1655. 4. 1667. 4. *Ejusd.* Inquisitio in Linguam gall. seu Dictionar. gallicum. Paris. 1667. 4.

Jac. Borgasii, alias *Bengarsii*, Francorum expeditiones in Orientem, eorumque Regoum Hierosolymitanum per varios Auctores. tomis 2. Hanoviæ. 1611. fol.

Franc. Boschett, Historia Paparum, qui e Gallia oriundi in ea sederunt a 1305. ad 1394. Paris. 1632. 8.

Rob. Boteri, seu *Boterei*, sive *Bonsbrays*, Comm. de Rebus Historicis, ac Politicis in Gallia gestis, Tomi 3. Paris. 1610. 8.

Lud. Boterus de Rebus Gallicis. Paris. 8. 1610. Corrigendus dictus *Boterus* in Relationibus, lib. 1. cap. 2. inscripto, delle Forze del Regno di Francia.

Sr. de Bonchet, la veritable Origine de la 2. & troisieme Lignée de la Maison Royale de France. à Paris. 1646. f.

Car. Bovilli, de differentia Linguarum vulgarium, & de varietate gallici sermonis. Paris. 1533. 8.

Loys Boulenger, Calculation, description, & geographie verifiée du Royaume de France, &c. a Lyon. 1525.

Æg. Bourdini, Paraphrases in Const. Regias. Paris. 1572. 8., & 1628. 8.

Philiberti Boyer, Le Style de la Cour de Parlement, & forme de proceder en toutes les Cours Souveraines du Royaume de France. a Paris. 1602. 8. *Ejusd.* le Style de la Cour, & Justice de Requestes du Palais, & pratique universelle, en 4. livres. à Paris. 1601. in 8.

M. L. Boxhornii, Origines gallicæ. Amstel. 1654. 4.

de Bransome, Memories conteoants les Vies des Hommes Illustres, & grands Capitaines François de son temps, 4 voll. Leydeo. 1666. in 12.

Raym. Breton Ord. Præd. Catechismus, & Lexicon Caraibo-Gallicum. Autisiod. 1663. 8.

Mr. l' Abbé de Brianville, Abregé methodique de l' Histoire de France. à Paris. 1665. in 12., & continouée jusqu'à present, & augmentee d'une Instruction pour le nouveau jeu de Cartes des Portrait des nos Rois. a Paris. 1675. in 12.

Guil. Britonis, Philippidos Lib. XII. de Gestis Philippi Augusti a Deo dati Francorum Regis cum comm. *Gasp. Barthii*. Cygneæ. 1657. 4.

Petri del Brun S. L. Commissuræ Gallico-Latinæ. Tolosæ. 1632. 8. *Ejusd.* apparatus magnus gallico-Latinus ex Cicerone, &c. Tolosæ. 1650. 4. Paris. 1660. 4.

Anton. Bruni, Spongia per Franco-Gallum expressa. Paris. in 4.

Jo. Bucherelli, Institutionum Justiniani cum Jurisprudentia Gallica Collationes. Paris 1577. 16.

Ægydii

Ægydii Bucherii, Francici in Gallia Regni decessio, extat ab eo descripta in suo Belgio Romano Ecclesiastico, & Civili edito Leodii. 1655. in fol.

Philiberti Bugnyon, Legum abrogatarum, & inusitatarum in omnibus Curiis, Terris, Jurisdictionibus, & Dominiis Regni Franciæ, tractatus. Bruxellis. 1666. in 4. & auctior, ibid. 1677. 4.

Julius Cæsar Bulingerus S. I. de Officiis Regni Galliæ, in appendice 1. ad suum opus, de Imperatore, & Imperio Romano. Lugd. editum 1618. fol.

Mr. Bulteau, de la Preseance des Rois de France sur les Rois d'Espagne. à Paris. 1675. 4.

Gilberti Burnesi, Iter in Helvetios, in Italiam, partesque quasdam Germaniæ, & Galliæ annis 1685. & 1686. gallicè. Roterod. 1687. in 12. *Ejusd.* Animadversiones in Acta nuperorum Comitiorum Cleri Gallicani, anglicè, quæ versæ in gallicum à *Dn. de Rosemond* prodiere Londini. 1685. 12.

Jo: de Bussieres S. I Historia Francica à Pharamundo ad Ludovicum XIV. Tomis IV. Lugd. 1651. in 12. & 1661. in 8. & recusa Tomis duobus, & aucta, ibid. 1671. in 12.

I. C. B. Nueva Descripcion del Reyno de Francia. en Amberes 1677. in fol.

C. Julius Cæsar, de Bello Gallico, commentatore *Aldo Manutio*. Venet. 1590. in 8. & cum aliis ejus Commentariis gallicè par *Blaise de Vigenere* avec Annotations. à Paris. 1576. in 4. *Ejusdem*, notitia Galliæ, quæ extat addita ejus Operibus editis cum selectis variorum Commentariis operâ *Arnoldi Montani*. Amstel. 1670. in 8.

Dan. Carbedenier, Introductio ad Linguam Gall. Francof. 1600. in 8. & appendix ad eamdem. ibid. 1600. in 8. *Ejusdem* Exegesis Linguæ Gall. Lipsiæ 1612. in 8. 1627. in 8.

Caroli Caffæ, Gallicæ Linguæ brevis directio. Jenæ. 1665. in 8.

Nicol. Cagnini, Semina Linguæ Gallicæ, cum Phrasibus ejusdem Linguæ. Colon. 1632. in 8.

Jo: Calvini, Institutio in Gall. Linguam gallicè.

Petri Cameraceni, libri duo de Querelis Franciæ & Angliæ, & Jure Successionis utrorumq; Regum in Regno Franciæ in 4.

Joachimi Camerarii, in lib. de Bello Gallico Jul. Cæsaris Commentarii.

Symphoriani Campegii, Campus Elysius Galliæ amoenitate refertus, in quo sunt Medicinæ compositæ, Herbæ & Plantæ virentes, & quidquid apud Indos, Arabes, & Pœnos reperitur, apud Gallos reperiri posse demonstratur. Lugd. 1533. in 8. *Ejusdem*, Monarchia Gallorum. Lugd. 1537. in 4. *Ejusdem*, liber de Illustribus Galliæ Viris. *Ejusdem*, in Gallicam Historiam. Basil. 1532.

Alessandro Campiglia, delle Turbolenze della Francia, nella Vita di Henrico il grande prohib. donec corrigatur.

P. Canaii, Responsio ad Matthæi Zampini tractatum, de Successione Prærogativæ Primi Principis Franciæ. Genev. 1588. in 8.

M. Capellain, la Pucelle ou la France delivrée, avec figur. à Paris 1656. in fol.

Jac. Capellus, Memoires dressez pour le Roy de France & l'Eglise Gallicane. 1632. pag. 47.

Gabr. Cappuis, Continuation de l' Histoire de France. Paris. 1573.

Franc. le Sage de Capo, Grammat. Gallica. Colon. 1642. in 8.

Nic. Carneaux, de Gestis Regum Galliæ. Paris 1627. in 8.

Lud. Jacobi a S. Carolo, Bibliographia universalis Gallica, hoc est Catalogus Librorum omnium, qui per universum Galliæ Regnum annis 1643. 1644. 1645 1646. 1647. 1648. 1649. 1650. 1651. 1652. 1653. Excusi sunt. Parisiis 1654. in 4.

F. R. Caron, de Libertate Gallicana. 1665. in fol.

Ægidii la Carry S. I. Historia Coloniarum à Gallis in exteras Nationes missarum, Item Exterarum Nationum Coloniæ in Gallias deductæ. Claramont. 1678. in 4.

Jacq. de Cassan, Recerches des Droicts du Roy de France &c. à Paris. 1646. in 8.

Barthol. Cassanæi, ad Consuetudines Burgundiæ, ferèq. totius Galliæ Comm. Col. Al. 1616. in fol. Genev. 1647. fol. 1657. in fol. *Idem* de Franciæ Regis excellentiis, de Galliæ Ducum dignitate, de Galliæ Comitibus, in Catalogo glo. mundi parte 5. *Idem*, de 4. Generalibus Franciæ, ibid. parte 8. *Einsdem*, de Franciæ Regibus Carmen, usq; ad Franciscum I. & cuiq; distichon, ibidem parte 1. consid. 35.

Bonaventuræ Castilioneus, de Gallorum Insubrium antiquis Sedibus. Bergomi. 1594. in 8. Francof. 1600.

Jacobi Castrioti, de Franciæ Arcibus tract. Venet. 1584. in fol. italicè.

Ant. Cauciì, Grammat. Gallica. Antuerp. 1576. in 8. Paris 1579. in 8. Argent. 1586. in 8.

Ceretiers, le Tacite François, avec le reflexions Chrestienues & Politiques sur les Vies des Roys de France. Paris. 1665. in 12.

Gandisalvus de Cespedes, & Meneses (sub nomine *Gerardi Hispani*) edidit, Francia engannada, Francia respondida. Calari. 1635. in 4.

Paul Chaline, methode generale pour l'intelligence des Coustumes de France. à Paris. 1666. in 8.

David Chambre, Histoire abregeé de tous les Roys de France, Angleterre, & Escosse. Paris 1579. in 8.

Petri de Champs neufs, Anthologia Latino-Gallicarum Locutionum. Paris. 1635. in 8.

Mr. Chappelain, Pucelle d'Orliens, ou la France deliurée, Poeme. à Paris 1656. fol. Lugd. 1656. in 12. Amstel. 1657. In 12.

Gabriel Chappuys, Continuation de l'Histoire de France. Paris. 1573. in fol.

Charl. Chappuzeau, traité de Jurisdictions de France. à Lyon. 1626. in 12.

Louys Charondas-le Caron, Pandectes du Droit François. à Paris 1673. fol. à Lyon. 1602. in 4.

Jacques de Charron, Histoire universelle de toutes Nations & specialement des Gaulois ou François. Paris 1621. in fol.

Alain Chartier, l'Histoire des Troubles de France sous le Roy Charles VI., & VII. Neverſ. 1594. in 4.

Cl. Chandiere, les principes, & fondemens de Grammaire Latin François. à Paris. 1575. in 8. à Lyon. 1601. in 8.

Cl. Cheballier, Frantzosische Gram. Col. 1621. in 8.

Jo: Chenu, Galliæ Episcoporum & Archiepiscoporum Chronologia. Paris 1621. in 4.

And. du Chesne, Francorum Historiæ Scriptores coætanei ab origine Gentis ad nostra usq; Tempora seu à Carolo Martello ad Philippum Augustum. Tomis V. Lat. Paris. 1633. fol. & auctior ibid. 1636. in fol. *Ejusd.* les antiquitez des Villes, Chasteaux, & Places plus remarquables de toute la France, parties. 2. Paris. 1609. in 8. & 1647. in 8. *Ejusdem*, Bibliotheque des Autheurs, qui ont ecrit l'histoire & topographie de France. Paris 1618. in 8. & auctior, & emendatior. Paris. 1627. in 8. *Ejusdem*, Omnium Familiarum illustrium Galliæ Insignia, quæ extant in Genealogiis per ipsum descriptis.

Franc. du Chesne, Histoire des Chancelliers & Gardes de Sceau de France, distinguez par la Regne de nos Roys depuis Clovis jusqu' à Lovis XIV. enrichie de leurs Armes, Blasons, & Genealogie. Paris. 1680. fol.

Cheverny, Memoires d'Estat sous le Regne des Rois Henry III. & IV. à la Haye. 1669. in 12.

Ejusd. Lilium Francicum veritate Historica, Botanica, & Heraldica illustratum. Antu. 1658. in fol. *Ejusd.* ad Vindicias Hispanicas Lampades Histor. Antu. 1649. in fol. *Ejusd.* disquisitio de ampulla Remensi, cum parergo de Unctione Regum. Antu. 1651. in fol. *Ejusd.* Francicæ Genealogiæ plenior assertio. Antu. 1654. fol.

Ejusdem, Bedæ Presbyteri, & Fredegarii Scholastici, Concordia ad senioris Dagoberti definiendam Monarchiæ periodum, atq; ad primæ totius Regum Francorum Stirpis Chronologiam stabiliendam. Paris. 1681. in 4. de quo Opere in Act. Erud. Lips. anno 1682. pag. 129.

Laur. Chiflet, Grammaire Françoise. Antuerp. 1659. in 8. Paris. 1669. in 12. Genevæ. 1673. in fol.

Oudin Chiflet, Schauplatz der Frantzösischen Sprach. Franckf. 1670. in 8.

Sr. de Childery, Histoire des singularitez naturelles d'Angleterre, d' Escosse & du Pays de Gaulles, traduit d'Anglois par M. P. B. à Paris. 1667. in 12.

Mr. de Chiverny, Franciæ Memoriæ, gallicè. Paris in 12.

Renati Choppini, de Dominio Franciæ libri 3. Paris. 1588. fol. *Ejusdem*, de Summis Gallicarum Consuetudinum Regulis. Paris. 1595. in fol.

Ejusd. Harangue pour le Clergé de France. à Paris. 1581. in 4.

Guil. à Choul, Inscriptiones totius Galliæ; opus antiquum, cum scholiis ejusdem.

Didaci de Cisnero, Grammatica Fran-

Francese en Español. Matriti. 1635. in 8.

Theod. le Clere, Mercurii, & Martis Gallicorum addiscendæ, & docendæ Linguæ Gallicæ nova methodus. Augustæ. 1627. in 8.

Hugo de Cleriis, de Franciæ Majoratu, & Seuescaleiâ. Paris. 1641. pag. 328.

Pasch. Clesle, Gramm. Gallica, & Italica. Dillingæ. 1670. in 12.

Phil. Cluveri, Disquisitio de Francia & Francis, extat inter Scriptores Gallicos du Chesne. Paris. 1636. in fol. pag. 175.

Rob. Cenalis, sive Senalis, Historia Gallica, tomis 2. Paris 1557. in fol.

Gilb. Cognati, Descriptio Galliæ & Burgundiæ. Basil. 1552. in 8.

Caroli le Cointe Congreg. Oratorii Presb. Annales Ecclesiastici Francorum, Tomis 2. Paris. 1665. in fol. & Tom. 3. 1668. & Tom. 4. ibid. 1670. in fol.

Sr. de Colombiere, à assemblé les abrege Historiques de Vies sur les Portraits des Hommes Illustres François, qui sont Peints dans la Gallerie du Pallais du Cardinal de Richelieu. à Paris. 1655. in fol.

Pauli Colomesii, Gallia Orientalis, sive Gallorum, qui Linguam Hebræam, aliasq; Orientales excoluerunt, Vitæ. Hag-Com. 1665. in 4.

Jo: Amosii Comesii, Janua 3. Linguarum, Latinæ, Gallicę, & Germanicæ. Genevæ. 1645. in 8. & 4. additâ Italicâ. Norimb. 1666. in 8. & 5. additâ Græcâ. Francof. 1644. in 12. & 1662. in 12. *Item* 5. additâ Hispanica loco Grecę. Amstel. 1661. in 8. *Ejusd.* Janua Linguarum Latinæ, Anglicæ, & Gallicæ. Lond. 1633. in 8.

Philippi de Commines, aliàs *Argentoni*, Memoires ou Histoire de France sous le Regne de Lovys & Charles VIII. Genev. 1615. in 12. & Leid. 1648. in 12. Antu. 1597. in 12. & ex editione Gasp. Barthii. Francof. 1629. in 8. & per Sleidanum cum aliis. Francof. 1578. in 8. & cum Froissardo. Amstel. 1654. in 12. & germanicè. Strasb. 1580. in fol.

Joseph. Laurentius, quando, & à quo Gallia Narbonensis in provinc. redacta fuerit? in polymath. lib. 3. synopsi 19. & 20.

Pompon. Mela de ea lib. 2. c. 5.

Juan de Nostr-Adam, Narbonensium Galliæ Poëtarum Illustrium Vitæ, hispanicè.

Nic. Cl. Fabr. Peirescii (obiit 1637.) Galliæ Narbon. historia adornata.

C. Plinius, de ea, lib. 3. cap. 4.

Jo. Isaaci Pontani, Itinerarium Galliæ Narbonensis. Leidæ. 1606.

Raph. Volaterranus, in Comm. Urb. lib. 3.

Gallia Novempopulana. Vide Vasconia.

Gallia Riparensis, pars Galliæ, aliis Gallia Viennensis prima.

Gallia Subalpina, pars Galliæ Cisalpinæ Alpibus subjecta.

Gallia Superior. Vide Gallia Belgica.

Gallia Togata, pars Galliæ Cisalpinæ.

Gallia Transalpina, vocatur sæpius Gallia. Vide ibi.

Gallia Transpadana, pars est Septentrionalis & major Galliæ Cisalpinæ, etiam in longum protensa ab ortu in occasum, inter Alpes ad Arctos & ad Occidentem, mare Adriaticum & Alpes Carnicas ad Orientem, & Padum fluvium ad Meridiem, quo dividitur à Gallia Cispadana, ejus nunc maxima & potior pars dicitur Longobardia Transpadana in Italia, vulgo *la Lombardia di là dal Pò* incolis.

Gallia Viennensis, pars ampla Galliæ, quæ aliter & antea Gallia Narbonensis dicta, sed ipsa major existit, cum sub ipsa fuerint Gallia Narbonensis & Gallia Subalpina.

Galliæ Portus. Vide Portugallia.

Gallia Ulterior. Vide Gallia.

Galliacum, *Gaillac*, oppid. in Occitania, & in Albigensi tractu, ad Tarnim fluv. quatuor leucis infra Albigam in occas. Tolosam versus, & totidem à Vaurn in Septentrionem.

Galliani Saltus, qui & Aquinates, pagus Æmiliæ in Gallia Cispadana, nunc *Galeata*, vicus Romandiolæ in agro Foroliviensi, Meldulæ oppido & Civitellæ ad 2. m. p. vicinus.

Gallica. V. Conios. V. Gallicanos.

Gallica Flavia. V. Flavia Gallica.

Galliciæ Paludes. V. Adriatica stagna.

Gallicano. V. Gabii. V. Latmiæ.

Gallicanus Mons, in Campania aliis Gallicanus saltus, idem cum Massico, Suessæ urbi finitimus, *Garro* hodie, inter Suessam & Sinuessam urbes in prov. Terræ Laboris.

Gallicum, oppid. Hisp. Tarrac. nunc est *Gnerrea*, oppidul. Aragoniæ ad Gallicum fluv. inter Cæsar-Augustam & Oscam, quod Forum Gallorum etiam dictum.

Gallicum Fretum. V. Fretum Gallicum.

Gallicum Mare, quod Galliam Narb. alluit, dicitur nunc sinus Leoninus seu Lugdunensis, *le Golfe de Lyon*, Italis *il Golfo di Lion*; est pars maris Mediter. inter Ligusticum & Balearicum, sive inter oram Genuensem ad ort. & Cataloniam ad occasum.

Gallicus, fluv. Hisp. Tarrac. posterioribus Gallæcus, *el Rio Gallego* vulgò, oritur ex Pyrenæis, in limite Benearniæ, deinde juxta Cæsar-Augustam in Iberum fluvium se exonerat.

Gallicus Oceanus, mare quod Galliam Celticam & Galliam Aquitanicam alluit, inter Britannicum mare & Cantabricum, seu pars Oceani Occid. inter ostium Sequanæ fluv. & Pyrenæum promont. nuncque *la mer de France*.

Gallicus Sinus, aliis Sinus Salsus, pars est Gallici maris in Occitaniæ ora, inter Aphrodisium promont. ad radices Pyrenæorum, & Rhodani fluv. ostia, nunc vulgò *le Golfe de Lyon* à nautis.

Gallinaria Insula, nunc *l'Isoletto d'Albenga*, insula parva Italiæ & verius scopulus, in ora occid. Liguriæ, prope & ante Albingaunum urbem.

Gallinaria, sylva Italiæ in Campania ad Cumas, inter eas & Linternum, & nunc *la Pineta di Patria*.

Gallindæ, pop. Sarmatiæ Europææ, & Venedorum pars, inter Venedos proprios, Sudenos & Hircos. Aliis sunt Galindæ.

Gallio, *Gaillon*, castrum, in Normannia prov. versus Sequanam fluv. 5. leucis ab Ebroico in ort. & 7. supra Rothomagum in Meridiem.

Gallipidæ, pop. Sarmatiæ Europææ, inter Hypanim & Borysthenem fluv. in quibus Exampeus locus, fons & fluvius, qui amaras suas aquas in Hypanim evomit, fluviumque dulcissimum reddit.

Gallipoli. V. Callipolis. V. Gallipolis. V. Anxa.

Gallipolis, urbs Salentinorum in Italia



Callipolis, olim Auxa, nunc *Gallipoli*, urbs in prov. Hydruntina, Episcopalis sub Archiepiscopo Hydruntino, in ora sinus Tarentini, in peninsula, 25. mill. ab Hydrunto in occas. & 36. à Tarento in ort. hyb. Japygium promont. versus 24. prope Neritum, undique mari cingitur.

* *Ferd. Ughellus*, de ea, & ejus Episc. in Ital. Sac. T. IX.

Gallitæ, Alpina gens in Gallia Narb. inter Alpes maritimas & Cottias, ad Druentiam fluv. 3. leucis supra Ebrodunum in ortum Pinarolium versus.

Gallivu, *Gallive* incolis, *Galway* Anglis, urbs Connaciæ prov. Comitatus Gallivensis caput, ad Ausobæ fluv. æstuarium, *The Bay of Galway*,

Gallive. V. Galliva.

Gallivensis Comitatus, pars Connaciæ prov. vulgò *the Countie of Galway* Anglis; habet ad ort. Sineum fluv. ad Septentr. Majum Comit. ad Merid. Comit. Clarensem, ab occas. Oceanum.

Gallogræci, pop. Asiæ, qui Galatę Gręcis, quorum Regio Galatia, & Gallogræcia, est eadem cum Galatia.

Gallo-Brabantia, tractus Brabantiæ, vulgò *le Brabant Ouallon* dictus, & in ejus parte merid. inter Gemblacum & Nivigellam oppida.

Gallo Flandria. V. Flandria Gallica.

Gallogræcia, eadem cum Galatia. V. ibi.

Galloligures, pop. fuere Galliæ Narb. inter Ligures ad ort. & Volcas Arecomicos ad occas. quorum regio nunc Provincia, vulgò *la Provence*.

Gallorum Area, *Gallerate*, oppid. Italiæ in agro Mediolanensi, à Mediolano 24. m. p. in occas. æstiv. Sextum versus & Glareatum, ad Arnum amnem.

Gallorum Mons, *Monte Gallo*, oppidul. Marchiæ Anconitanæ, ad radices Apennini, & ad Truenti fontes.

Gallovidiu, seu Galdia, *Galloway*, prov. Australis Scotiæ, in ora occidua, è regione Hiberniæ & Monedę ins. à quibus 15. mill. Scoticis à Merid. & occasu mari Hibernico, à Septentr. Caricta & Coila provinciis & ab Oriente Nithia; extenditur ab ortu in occas. ad 60. m. p. dividitur nunc in tres partes, nempe in Occident. Mediam & Orientalem.

Gallovissia, *la Galleveſſe*, tractus Gallię in Bria prov. prope Castrum Theodorici ad occas. & Matronam fluv. uliter Bria Pediculosa, *la Brie pouilleuse*, estque inter Briam super. Briam infer. agrosque Remensem & Suessionensem.

Galloway. V. Gallovidia.

Gallura Provincia, una ex quatuor partibus Sardiniæ, in ora orientali ins. ubi vergit ad Septentr. circuitus fuit 45. leucar. hodie pars est orientalis prov. sive promont. Loci Aurei.

Gallus, fluvius Bithyniæ, ex Celænis montibus Phrygiæ magnæ oriens, nunc *Garippo* dictus, illius aquę largè potæ in furorem vertere, parcè vero sanitatem conferre, dicuntur.

Galluzzo. V. Gallucium.

Gallyn. V. Bersabée.

Galofaro. V. Charybdis.

Galope. V. Galopia.

Galorum, oppid. Paphlagoniæ in Asia min. in ora Ponti Euxini, versus Halis fluv. ostia, inter Sinopem ad occas. & Amisum ad ort. nunc *Garipo*, *Calipo* nautis.

Galofdia. V. Galatis. V. Calatis.

Galtelli. V. Galtellis.

Galtellis, urbs Sardiniæ, Episcopalis sub Archiepiscopo Calaritano, nunc vicus, *Galtelli*, in ora orient. ins. & in prov. Calaritana, 60. m. p. à Bosa in ort. ejus Episcopatus unitus fuit Calaritano Archiepiscopatui.

Galum, *Gale*, urbs Indiæ in Taprobanu ins. cum arce & portu in parte merid. ins. nunc subest Belgis unitis.

Galumbarz. V. Tricornium. V. Zuridava.

Galum Caput, *la Punta de Gale*, promont. Asiæ in parte merid. Taprobanæ ins. in mari Indico, juxta Galum urbem.

Galway. V. Galliva. V. Duacum.

Gamala, aliis Gabala. V. ibi.

Gamaliba, urbs Indiæ intra Gangem.

Gamanodorum. V. Gavanodurum.

Gamapius Vicus, *Geneppe*, castrum Brabantiæ, ad fontes Dilæ fluv. Gallo Brabantiæ tractus caput, 2. leucis à Nivigella in ort. Gemblacum versus 3. & 5. à Bruxellis in Meridiem.

Gamaringa, pagus Germaniæ cis Rhenum, hodie *Gemar*, vicus Alsatiæ ad Hellelam fluv. prope Selestadium, Colmariam versus.

Gamaningen. V. Gamanodorum.

Gambea. V. Stachir. V. Trachiris. V. Gir. V. Niger. V. Gambia.

Gambia, *la Gambia*, unus ex tribus ramis præcipuis Nigri fluvii, versus promont. Viride in Oceanum Atlanticum se exonerans, 20. leucis à promont. Viridi in Merid. inter fluvios magnum & Senegam.

Gambinum, *Gabin*. V. Gabinium.

Gambrivii, pop. Germaniæ, aliis Gamabriuni, ad Albim fluv. in Holsatia.

Gambalo. V. Duæ Columnæ. V. Gembolatum. V. Campolatum.

Gamela, urbs Palæstinæ, quæ & Camela, & Gamala, aliàs in dimidia Tribu Manasse trans Jordanem.

Gamelara. V. Aethusa.

Gammalamma, *Gammalamme*, urbs parva Asiæ in India, & in Molucis insulis, & in Ternata ins.

Gamundium, *Castellaccio*, vel *Castellazzo*, oppid. Ducatus Mediolan. in agro Alexandrino, ad Bormiam fluv. ab Alexandria 4. m. p.

la Ganache. V. Ganacia.

Ganacia, *la Ganache*, oppid. Galliæ, in prov. Pictavensi infer. 3. leucis ab ora Oceani Aquitanici in ortum. Dicitur etiam *Ganapia*.

Ganchinga, *Ganching*, urbs Imperii Sinarum in Nanquinensi prov. cujus decima est juxta fluv. *Kiang*, in limite Quiansiæ prov.

Gandastogi, *les Gandaſtogé*, pop. Novæ Franciæ in ejus parte meridionali, versus fontes Ohii fluv. inter partem orientalem lacus Erici, & novam Eboracensem prov.

Gandavari. V. Coddura.

Gandavum, antea Ganda, olim Clarinea, vulgò *Ghendt* incolis, *Gand* Gal-



iis,

lis, *Gent* Germ. & *Gante* Hisp. & Italis, urbs Belgii, Flandriæ Comitatus caput, ad Scaldim fluv. Episc. sub Archiep. Mechliniensi, Tetrarchiæ cognominis caput, 4. leucis ab aggere Gandavensi, & ab Antuerpia, Bruxella, Mechlinia, & Metelloburgo, fere pari decem leucarum intervallo, hinc Gandavenses populi dicti, *les Gandois*, paret nunc Hispanis.

* *Andr. du Chesne*, histoire genealogique de maison de Gand, &c. Paris. 1631. in fol.

Vinc. Coronelli, ponit ejus figur. (in Teatro delle Città) p. 2.

Lud. Guiciard. describit urbem, & ponit fig. de reg. Belgii.

Jo: Ant. Knobbaert, Jus Civile Gandavensium observationibus per ipsum illustratum, tom. 1. Antu. 1678. in fol.

Jo: Ottonis, Topographia urbis Gand.

Anton. Sanderi, Gandavensium rerum, libri 6. Antu. 1624. 1627. in 4. *Ejusd.* de Gandavensibus eruditionis famâ claris. ibid. 1624. in 4. *Ejusd.* disput. parænetica pro Bibliotheca publica Gandavensi. Bruxellis. 1633. in 4.

Hadr. Vales, in notitia Galliæ.

Anonymi, Gandavensis Episcopatus Tab. Amstel. ap. Jo: & Cornel. Blaeu. fol. exp.

Antidotarium Gandavense. Gandavi. 1656. in 4.

Gandavensis Agger, *s'Zas van Ghendt* incolis, *le sas de Gand* Gallis, arx Flandriæ, 4. leucis à Gandavo in Sept. dicitur etiam Cataracta Gandavensis, paret Belgis unitis.

Gandavensis Tetrarchia, *le quartier de Gand*, pars ampla Flandriæ.

Ganderhemium, oppidum in Comit. Brunsvicensi, ad flu. Gaudam, illustre habens Cœnobium Virginum.

* *Jo: Gerg. Leuckfeld*, historia dicti Monasterii. Guelpherbyti. 1709. in 4. germanicè.

Mich. Rupii, Chronicon Grandersheims. M. SS. apud Meibomium.

Anonymi, Gandersheimensis Pædagogii inauguratio, constitutio, classes, leges &c. Hernicopoli. 1572. in 8.

Gandia, *Gandia*, oppidul. Hisp. in Regno Valentino, cum Ducatu antiquo gentia Lenzoliæ Borgiæ, & Collegio, in ora maris Mediter. & sinus Valentini, 8. leucis à Valentia in Merid. & 6. à Setabi in ortum.

Jo: Ant. Knobbaeß, Jus Civile Gandensium. Bruxelles. 1700. in fol.

Gangani, Hiberniæ pop. in parte occid. Momoniæ, & in confinio Connaciæ.

Gangani, pop. Indiæ extra Gangem, versus fontes Gangis, & Scythiam, extra Imaum.

Ganganorum, prom. Ordovicum in Britannia prima, quod Canganorum dicitur, nunc est *Lhein*, aliis est, *Braychipult point*, prom. Angliæ in Arvonia, Comitatu Valliæ Principatus parte merid. in tractu parvo *Lhein* dicto, ex adverso *Bardsey* insulæ, 24. mill. Angl. ab Arvonia in Merid.

Gangara, seu Gagâra, & Getara, urbs Albaniæ in Asia, in ora maris Caspii inter ostia Cyrbi & Albani fluviorum, quæ & Albana, nunc est *Bachu*, urbs mari Caspio nomen tribuens, aliis est *Cirrara* in eadem regione.

Gangaræ Regnum, *le Royaume de Gangara*, Regnum amplum Africæ, in parte orient. Nigritiæ, versus Nigrum fluv. & Bornum lacum, inter Regnum Cassenam ad occas. & Regnum Borni ad ortum. Urbem habet primariam cognominem.

Gangaridæ, pop. Indiæ intra Gangem, qui & Gangarides, versus ostia Gangis fluvii, & Gangetici sinus oram, erant forsan in ea regione, in qua hodie Regnum inest Bengalæ, sub Magno Mogolie.

Gange. V. Engyum. V. Ganges.

Gangelæ Regnum, *le Royaume de Gangela*, Regnum Africæ in Æthiopia infer. seu exteriori, versus Angolæ Regnum.

Ganges, *Ganga* indigenie, *le Gange* Europæis, fluv. Indiæ maximus, illam in duas partes secans, nempe in Citeriorem seu intra Gangem, & in Ulteriorem sive extra Gangem, oritur ex monte Imao, nunc *Dalanguer* dicto, in confinio Tartariæ magnæ, & in prov. *Kakares*, deinde in sinum Gangeticum se exonerat quinque ostiis hinc Gangeticus nomen gentis.

* *Vinc. le Blanc*, in relat. p. 1. cap. 21.

Jo: Jac. Hofman, plura in Lex. un. & ejus cont. lit. G.

Plin. de eo lib. 6. cap. 18.

Plutarch. in libello, de flum. appelat.

Petrus de la Valle, in Itinerario, ☞ tomo 4. in eo Anguillæ tricenorum pedum.

Ganges, urbs Indiæ intra Gangem quæ Gange, & Gangaridarum regia, versus ostia Gangis fluvii.

Gangeticus Sinus, sinus Indiæ, nunc *le Golfe de Bengala*, in ora ejus intimi recessus: pars est sinus magni Oceani Indici, qui inter Indiam citeriorem & ulteriorem interfitus est.

Gangines, & Aganginæ, populi Æthiopes, ad occas. oram maris Atlantici incolentes.

Gangra, Arabiæ fœlicis urbs.

Gangra, numero plurali & Gangre, urbs Paphlagoniæ in Asia minori, Archiepiscopalis, in mediter. nunc *Cangria*, Turcis vero *Kiengara*.

* *Wolfg. Grundlingii*, in Gangrensis Concilii Canones 20. annotationes. Altdorfii. 1693. in 8.

Jo: Quintini, Synodi Gangrensis anno 300. versio, & Comm. græc. lat. Paris. 1560. in 4.

Samuel Schelvigii, de Conc. Gangrensi exercitatio historico-theologica. Gedani. 1690. in 4.

Gangrense Concil. prov. anni 324. extat in edit. Concil. Paris anni 1644. in T. 2. fol. 492.

Gangus Sinus. V. Nanquinensis sinus.

Ganna. V. Mare Hyrcanum. V. Caspium Mare.

Gannan. V. Annamiticum Regnum.

Gannanum Regnum. Vide Annamiticum Regnum.

Gannaria Extrema, prom. Africæ, in regione Autolaiarum, maxime in Oceanum Atlanticum extensum, contra Fortunatas insulas; nunc *el Cabo de Non* dictum.

Gannatum, seu Gannapum, *Gannat*, oppid. in prov. Borbonensi, ad amn. Anchalotum, in confinio Alverniæ infer. duabus leucis ab Aquispersiie in Sept. 7. à Claromonte Molinas versus.

Gannock. V. Ganganorum.

Gannum, sive Ganos, urbs Thraciæ in Corpialica prov. in ora Propontidis, nunc *Ganga*, est inter Redæstum ad Sept. 15. mill. & Bisanthe ad Merid. totidem.

Ganodurum, oppid. Helvetiorum in Gallia Celtica, aliis *Zurzach*, aut Lauffemberga ad Rhenum inter Constantiam & Basileam, aliis Constantiam ad lacum Brigantinum in Svevia, & in limite Helvetiæ, quæ 17. mill. Germ. distat à Basilea in ort. Campidunum versus 13. & 15. à Curia in Septentr.

Ganrunkovenar, & *Buade*. V. Buada.

Gant. V. Gantum.

Gante. V. Gandavum.

Gantum, *Gant*, Castrum Galliæ, in Benearnia, quarto mill. ab urbe Palensi, in Diœcesi Lascurrensi.

Ganzer. V. Gutmanum.

Gaochen. V. Gaocbeum. V. Bramma.

Gaoga, *Gaogo*, aliter *Kangba*, urbs Africæ, juxta lacum, Regni & deserti Gaogæ caput, in Nigritia, inter Nubiam ad ort. & Regnum Bornum ad occasum.

Gap. V. Vapincum.

Gape. V. Ternata.

Gar. V. Cisterna.

Gar el Metha. V. Utica.

Garaaudavid. V. Gabaon.

Garabusa. V. Conycus.

Garactum, & Varactum, *Gueret*, oppid. Galliæ, caput Marchiæ prov. ab aliis Gueretum, estque ad fontes Vartempæ fluvii, 10. leucis à Lemovicn in ortum distans.

Garama, urbs Libyæ inter. Garamantum primaria, versus Girgirim montem, nunc excisa.

Garamal. V. Garamantes. V. Garama.

Garamantes, populi Libyæ, quorum regio est, inter Africam & Libyam proprie dictas ad Sept. Æthiopiam sub Ægypto ad Orient. Getulos ad Occid. & Nigritas ad Merid. in Africæ meditullio.

☞ apud illos Serpentes maximi, nullaque sunt matrimonia, mulieres enim habent communes.

Garamas, mons Asiæ, pars Caucasi, in finibus Iberum.

Garat, & *Carat*. V. Gazorus.

Garay. V. Numantia.

Garazo. V. Garazua.

Garazua, *Garazu*, oppid. Brasiliæ in Præfectura Paranambuci, 6. leucis Hisp. ab Olinda in Sept. à quibusdam *Igaruzu*, sed malè.

Garbe. V. Isburus.

Garbenda. V. Giganeum.

Garbolangi. V. Hyccara.

Garda, *la Garde*, urbec. fuit Gronelandiæ reg. in ejus parte orient. & in ora Episcop. sub Archiep. Nidrusiensi, cum portu sub Regibus Norvegiæ, nunc excisa jacet.

la Garde. V. Garda.

Gardelebia, *Gardeleben*, oppidul. in veteri Marchia Brandeburgica, ad amn. Meldam 7. mill. Germ. a Magdeburgo in Sept. in confinio Ducatus Brunsvicensis.

Gardichi. V. Clitor. V. Clitorium.

le Gardon. V. Vasdo. V. Vardus.

Gar-

Gardice. V. Benacus.
Gardus, qui & Vardus, & Vardo, *le Guerdon*, seu etiam *le grand Guerdon*, fluv. Galliæ in Occitania, oritur ex Cemmeniis montibus, & in Rhodanum fluv. cadit.
Gorelgare. V. Tripolitana.
Gareta, *Garet*, prov. Regni Fezzæ, in Barbaria, in ora maris Mediter. versus Mulviam fluv. & in confinio Regni Algerii.
Garganus, mons Apuliæ Dauniæ, nunc Mons S. Angeli, vulgò *il Monte Gargano*, & *il Monte di S. Angelo* indigenis, *le Mont Gargan* Gallis, est in Capitanata provincia, circuitus est 80. mill.
* *Hippol. Falcone C. R.* de eo, nè Fasti di S. Michele.
Franc. M. Florentinus, de ejus dedicatione, in martyrol. vetustiori Occid. Eccl.
Jo: Bapt. Pacichelli, in Itiner. Europæ. p. 4. pag. 178.
Gargaphia Vallis, & Gargaphius fons Græciæ in Bœotia circa Plateas urbem.
Gargara, mons & oppid. Troadis, in summitate montis Idæ, prope Ilium urbem, Pergamis proximum, prope Gargarium stagnum.
Gargarum, Lampsaci op. aliud Epiri, & aliud Italiæ.
Gargetus, seu Gargettus, pagus Atticæ, prope Athenas.
Garianonum, sive Garryenum, oppid. Icenorum in Britannia prima, nunc est *Burgh Castle*, vicus Angliæ in Norfolciæ Comitatu, ad Garienum fluv. 3. mill. ab ora Oceani Germ. & 2. m. p. supra *Yarmouth* oppid. 16. m. p. a Norvico in ortum, ad Garienni fluvii ostia.
le Gariglian. V. Lyris. V. Liris.
il Garigliano. V. Lyris. V. Liris.
Garilianus, melius Liris. V. ibi.
Garipo. V. Galnrum.
Garipps. V. Gallus.
Garit. V. Carasa.
Garisenda Turris, *la torre Garisenda*, turris Bononiæ urbi Italiæ extans, in media platea, satis inclinata, sicque arte effecta a Garisendis Æmulis, ad simulatam ruinam inclinata, ut fastigium perpendeat fundamenta ad pedes novem, arte stupenda, & quæsitam studio operis deformitatem plus commendante, quam turrim Asinellorum adjacentem commendet insolens altitudo, nec perfecta fuit, cum præ invidia ejus Architectus occisus fuerit.
Garites, populi Aquitaniæ, ubi nunc *le pais de Gaure*, ad Egirtium fluv. inter Auscios & Lactoram, aliquot leucis ab Aginno in Meridiem.
Garizim, & Hebal, sive Gebal, montes sunt Palæstinæ, prope Samariam, in Tribu Ephraim, postea in Samaria.
Garnesia. V. Sarnia.
Garnsey. V. Sarnia. V. Garnesia.
Garoceli, populi Galliæ Narbonensis, inter Alpes, & inter Brigantium & Segusium, sub Brigantiis, ubi nunc mons Genebra, olim Matrona, *le mont Genevre*, in ultimo limite Delphinatus, versus Italiam.
Garofalo. V. Antipharos.
Garofaro. V. *Galofaro*.
Garofi a. V. Stylæum.
le Garon. V. Calatona.
la Garoña. V. Garumna.
il Garro. V. Gallicanus mons. V. Gaurus.
Garryenus, fluv. Britanniæ magnæ in Icenis, nunc est *Yare*, fluv. Angliæ in Nortfolcia Comitatu, in Oceanum Germanicum se exonerat 14. mill. infra Norvicom ad Garianonum oppid.
Garsaura, oppid. fuit Cappadociæ, inter Cornpassum & Mazacam urbes inde 120. hinc 680. stadiis distans.
Garria, *Gartz*, castrum Pomeraniæ ad Oderam fluv. 3. mill. Germanicis supra Stetinum in Meridiem, è regione Griffenhagæ, sub Rege Sveciæ.
Gartz. V. Garria.
Garumna, fluv. Aquitaniæ, vulgò *la Garonne* indigenis, *la Garona* Hispan. *la Garonna* Italis, fluviorum, qui è Pyrenæis montibus exeunt maximus, ac Aquitaniam in duas partes dividens, oritur in montibus Auræ in Arania valle Hispanicæ ditionis, in confinio Aragoniæ, non procul ab oppidulo Salarda, & in Oceanum Aquitanicum se exonerat inter Solatium Medulorum, & Rojanum, ubi Andros Insula olim.
* *P. du Vall*, la Riviere de la Garonne, tab. ap. Jo: Jansno. Amstel. fol. exp.
Gatumni, populi Aquitaniæ, circa Garumnam fluvium.
la Garzo. V. Mela.
Gasabela, *Gasabela*, prov. Æthiopiæ superioris.
la Gascogna. V. Vasconia. V. Novempopulana.
los Gascones. V. Vascones.
li Gasconi. V. Vascones.
the Gasconi. V. Vasconia.
Gasorus, urbs Macedoniæ, aliis Gazorus, Amphipoli proxima, Episcopalis, sub Archiepiscopo Philippensi, nunc Græcis Alectryopolis, & vulgò *Lesteroceri*, sive *Alesterosori*.
Gasleret. V. Cassi.
Gaßanin. V. Augusta Castra.
Gastanium. Vide Augustana castra.
Gasteitz. V. Vellica.
Gastental. V. Gelodunum.
Gastina, *Gastine*, Abbatia Galliæ in Turonia provincia, 4. leucis à Turonibus in Septentrionem.
la Gastine. V. Vastinia. V. Gastinetum. V. Gastina.
Gastinesium, melius dicitur Vastinium. Vide ibi.
Gastinetum, *la Gastine*, tractus in Pictavensi prov. interiori, inter Niortium, Fontenacum, & Fontes fluvii *la Tone* dicti, supra Partenacum.
le Gastinois. V. Vastinium.
Gatæ Mons, *le mont de Gate*, mons peninsulæ Indiæ intra Gangem, extensus ad 200. leucas à Septentrione in Meridiem.
Gateshead. V. Gabrosentum.
Gatsnisci. V. Eicus. V. Tergilia.
Gatopoli. V. Andriata.
Gavanodurum, sive Gabanodurus, urbs Norici, aliis Juvavum, & Juvavia dicitur, nuncque est *Salezburg*, urbs Germaniæ Archiepiscopalis, & Salisburgensis ditionis caput, ad fluvium Salzam in Circulo Bavariæ.
Gavarus, *le Gaure*, fluvius parvus Galliæ in Engolismensi provincia.
Gauda. V. Antrum Vulcani.
Gaudianum, *Gozans*, pagus in agro Novariensi, prope Hortanum lacum, 20. mill. pass. à Novaria in Septentr. Hortam versus 4.
Gaudiosa, ab aliis Joyosa dicitur. Vide ibi.
Gaudisch. V. Gaulos. V. Gaudos.
Gaudium Vallis, *Joyenval*, Abbatia in provincia Insulæ Franciæ, 2. leucis à Fano S. Germani in Laya distans versus occasum, uti 6. à Lutetia Parisiorum.
Gaudius Mons, prope & extra urbem Romam, nunc Mons Marii dictus, *il Monte Mari*a, versus Tiberim fluvium.
Gaudos, insula maris Cretici, hodie *l' Isola di Gozzi* dicta, versus oram meridionalem Cretæ insulæ, à qua 32. mill. pass. in Austrum, uti 60. à Cydonia urbe, circuitus est 26. mil. p. dicta etiam Gaudos, & Gaulos. V. ibi.
Gaudosch. V. Gaulos.
le Gave d' Asps. V. Gabarus Aspensis.
le Gave d'Oleron. V. Gabarus Oleronensis.
le Gave de Pau. V. Gabarus Palensis.
le Gave. V. Gabarus.
Gavera, *Gaure*, castrum Flandriæ, ad Scaldim fluvium, Principatus titulo clarum, 2. leucis infra Aldenardam Gandavum versus, sub Hispanis.
Gaugamela, urbs Assyriæ, proxima Arbelis, quæ & Gangamela.
Gaviano. V. Fraxinum.
Gaviratium, *Ghiviro*, oppidul. Italiæ, in Ducatu Mediolanensi, 6. mill. à lacu Verbano in ortum.
Gavis, colonia & urbs Italiæ, 13. ab urbe mill. nunc est Gabii, in via Prænestina & in Latio. Vide Gabii.
Gavium, *Gavi*, oppid. Reipublicæ Genuensis, intra montem Apenninum, juxta amnem Lemum, in limite Montisferrati & Ducatus Mediolanensis, medium ferè inter Genuam ad Meridiem & Dertonam ad Septentr.
Gaulales, sive Gaudales, pop. Æthiopiæ, ante Aulales dicti.
Gaulon, urbs in Batanitide, & Batania regionibus, in tribu Manasse.
Gaulos, insula Africæ, & Gaudus, vulgò *Gunaisch* indigenis, *Gaudesch* Arabibus, *il Gozo* Italis, & *le Goze* Gallis, insula est Africæ in mari Mediterraneo, ad occasum Melitæ insulæ, à qua 5. mill. versus promont. Mercurii, circuitus est 20. mill. ibi arx in monte, subest Equitibus Melitensibus, Gaudisus etiam dicitur à quibusdam.
☞ Serpentes non fert, & ejus pulvis etiam alibi transvectus, & in eos injectus illos enecat.
* *Petro de Salazar*, historia de la guerra y presa de Africa, con la destruicion de la Villa de Monaster y Isla del Gozo, &c. Neapoli. 1552. in fol.
Jo: Jac. Hofman in Lex. univers. V. Gaulus.
Gaumellum, aliis Bugella, *Biella*, urbs Pedemontii.
* *Carlo Ant. Coda*, ristretto del Sito, e qualità della Città di Biella, e sua provincia. in Napoli. 1650. in 4.
Gauni. Vide Nannes.
Gaura. V. Cythnus.
Gaure. V. Gavera. V. Gavarus.
Gaurensis Comitatus, seu Gaura, *le Comte de Gaure*, tractus Galliæ in Aquitania, & in Armeniaco agro, atque olim Fidentiaci pars, est inter

ipsum,

ipſum, Leomaniam, Gimœſiom, & agrum Condnmenſem.

Gautium, portua Andri inſulæ io mari Ægæo, Gaureleon aliis.

Gaurus, mons Campaniæ, allis Gaurani monres, uunc *il Monte Barbaro* dicitur, eſt prope Puteolos urbem Regni Neapolitani, in provincia Terræ Laboris.

Gaurus, mons Campaniæ, Maſſico, Gallicano, & Falerno junctus, *Gerro* & *Garro* hodie incolis dictus, in occaſum vergens in provincia Terræ Laboris, Maſſico in nttum extenſo, Falerno verò in Septentr. verſus Calenum. Hine Gautanus nomen genſis.

Gsuſeonis. V. Cauſenois.

G*aydaronif*. V. Patrocli inſula.

Gaza, urbs Palæſtinæ, antiquitus in Tribu Juda, & una ex quinque Satrapiis Philiſtinorum Ægyptom verſus ultima, prope nram maris Mediterranei, cum portu & caſtro verſua confinia Idumeæ, Epiſcopalia ſub Archiepiſcopo Cæſarienſi, oune urbs *Gaze* dicitur à Gallis, & *Gaza*, ſive *Gazara* ab Italis, *Aza* Arabibus, ſed parva eſt, dividitur in ſuperiorem & inferiorem, ex quibus hæc ultima vocatur *Haret el Segiaje*, haberque Principem proprium, *l'Emir ou Pacha de Gaza* dictum, cui ſubeſt cum tractu adjaceore, ſub dominin tamen Turcarum, eſtque Aſcaloni pnxima, ab ea 14. mill. paſs. in occaſ. Raphiam verſus, & 65. ab Hieroſolymis in occaſ. hybernum. Iſtius urbis ambas portæ fores abſtulit, & in montem vicinum detulit Sampſon.

Gaza, urbs Mediæ, aliis Azaga, in Atropatia, ab Ecbatanis 450. ſtadiis, nune *Oziaz* dicta.

Gazæorum Portua, in Palæſtina, qui & Maiuma, urbs Epiſcopalis, Conſtantiaque dicta, à Gaza 20. ſtadiis inter Aſcalonem, & Anthedonem, in ora Palæſtinæ, verſus Ægypti limites.

Gazara, urbs Palæſtinæ, olim in Tribu Ephraim, poſtea in Samaria provincia Judææ, nunc exciſa, 20. mill. ab Hieroſolymis in Septentrionem Cæſaream verſus, & 16. à Joppe in ortum.

* *Jo: Euſeb. Nieremberg*. de agris deſertis Gazaræ; de miris terræ prom, cap. 18.

Gazara. V. Gaza.

Gazaria. V. Taurica Cherſoneſus. V. Tartaria minor.

Gazer. V. Gazara.

Gaziura, urbs Cappadociæ ad Irim fluvium, in confinio Paphlagoniæ, nunc exciſa, cujus rudera *Gazura* dicantur.

Gazola. V. Tamoſiga.

Gazorus, oppid. Palæſtinæ, ad Jordanem fluv. Callirthoæ, & Libiadi finitimum, nunc vicus *Garas*.

Gazura. V. Gaziura.

Gdansk, & *Danzick*. V. Gedanum.

Gebba. V. *Capo di Gebba*. V. Seſtiaria extrema.

Gebel *Caph*. V. Lunæ mons.

Gebel *Tarif*. V. Calpe.

Gebel *Por*. V. Melani.

Gebel elbadich. V. Phocra. V. Herculis promontorium.

Gebenna. Vide Geneva.

Gebenna. Vide Cemmenus mons & Cemmenicus tractus.

Gebennefium. Vide Genevenſia.

Gebiſe. V. Libyſſa.

Gedaneoſis Sinus. Vide Venedicus ſinus.

Gedanum, ſeu Dantiſcum, *Gdansk* incolis, & Polonis *Danske*, & corruptè *Dantzig* Germanis & Gallis, *Danzica*



Italis, urbs Poloniæ perampla, Pruſſiæ regiæ caput, in tractu Pomerania parva dicto, ad Viſtulam fluvium, eſt duplex, nempe antiqua & nova, ſub Rege Poloniæ, & 6. mill. Polonicis à Mariæburgo in occaſ. æſtiv. 8. ab Elbinga in occaſ. uti 24. à Regiomonte, Stetinum verſus 44. à Thorunio verò 22. in Septentrionem, uti à Gneſna 30. & à Varſovia 50.

* *Nath. Chytræi*, Iter Dantiſcanum carmine. Baſil. 1592. 8. & in Chronica Saxonica, parte 5.

Olai Jo: Gothi, Tractuum Boruſſiæ circa Gedanum, &c. nova delineatio. Amſtelod. ap. Jo: Blaeu, & Jo: Janſon.

Caroli à Kreitz S.I. Colloquium caritativum cum Dantiſcanis Prædicantibus, germanicè. Braunsbergæ. 1662.

Bened. Morgenſtern, Widerlegung der Notul, damit die Sacramentirer zu Dantzig ihrem Irrthum verkleiſtern, und die Kirch daſelbſt drucken. Eisleben. 1567. 4.

Nicolai Oelhafii, elenchus Plantarum circa Dantiſcum, Dantiſci, 1643. in 4.

Jo Bapt. Pacichellus, in Itinerario Europæ, parte 3. pag. 206. italicè.

And. Patritii, tractatus de tumultibus Gedanenſibus.

Georgii *Reinhol Curicken*, der ſtadt Danhzigk Hiſtoriſce beſchreibung. à Amſterdam und Dantzig. 1687. fol. de qua agitur in Bibliotheca hiſtorica univerſali edita Amſtel. gallicè anno 1687. menſe Decembri num. 10.

Joach. Simonis, Ἀπόλυσις, das iſt Widerlegung des ſo genandten Ἀπόλυσις, oder Auflöſung des Berichts der Munſter zu Dantzig. 1661. 4.

Everhardi Waſſembergii, Saguntus in Dantiſco non deleta. Francof. 1671. in 4.

Anonymi, Belägerung der ſtadt Dantzig; Item Beſchreibung derſelben, und des dazu gehorenden Block hauſes die Weixelmund gennant. Konigsb. 1579. in 4.

Dantziger Niederlage 17. April. 1577. Königsb. 1578. in 4.

Apologia, und gründlicher Gegenbericht Wider Hn. Morgenſterns Widerlegung der Formulæ Concordiæ, oder Notul ſo alle Prediger in Dantzig zu gemeiner Einigkeit unterſchrieben. Dantzig. 1567. in 4.

Der Dantziger Miniſterii examen und Probe über die von Jac. Aden, &c. Warnungs-Schrifft ungereimte und übelformirte Antwort, &c. Dantzig. 1615. 4.

Bericht welcher geſtalt in Miniſterio zu Dantzig der zu Elbing Herren Conſiſtorial-Schrifft ἐπίκρισις genandt, verfahren. Dantzig. 1660. in 4.

Copie

Copie etliche Brieffe, welche in dem Elbingischem Religions-Streit an E. E. Ministerium in Dantzig abgegangen 1661. in 4.



Gedanensis Sponsa ex Tisiano.

Dantziger Catechismus Vertheidigung. Dantzig. 1651. 8.

Erotterung der Frages ob die Reformirten Lehrer der Dantzigee Kirchen-Notel auffschrieben Konnen: Leipzig. 1653 in 4.

Erötterung der Frage, ob mit denen Reformirten eine Brüderschaff und Kirchen-Friede Könne auffgerichret werden. Dantzig. 1661. in 4.

Gedrosia, prov. Asiæ regionis in Persarum Regno, cujus termini erant à Septentrione Drangiana, ab Occidente Carmania, à Meridie Oceanus Indicus, & ab Oriente Indiaeis Gangem, eratque in ea parte, ubi nunc Sinda *Sened*, prov. Persiæ.

* *Tab. Ptolomaica* Asiæ IX. continens Gedrosiam, &c.

Geelmuyden. V. Manarmanis.

Geertruydenberg. V. Gertrudenberga.

Geeraberg. V. Gerardi mons.

Gegal. V. *Gigel*.

Gegiagau. V. Dasem.

Gehon, fluv. unus ex quatuor fluviis Paradisi terrestris, credunt recentiores, esse Araxem qui in Armenia majori ortus, postea in ort. fluens in Mare Caspium se exonerat.

Geichon. V. Oxus.

Geila. V. Gilfil.

Geine. V. Gaii. V. Hai.

Geive. V. Gaii Castrum.

Gel. V. *Gelaub*.

Gela, fluv. Siciliæ ins. in ejus ora australi, vulgo *il fiume di Terranova*, in Valle Netina, fontes habet prope Pergusam lacum, & in mare Africum se exonerat ad Terramnovam oppid. olim ab eo Gela dictam, & 16. m. p. ab ostiis fluv. Salsi aliàs Himeræ dicti in ortum distat.

Gela, urbs Siciliæ ins. olim Episcopalis in ejus ora merid. nunc *Alicata*, urbs est *Terranova* Terranova, urbec. Siciliæ in valle Netina, 500. p. ab ora maris Africi, Ducatus titulo insignita gentis Cordubæ, cum arce & portu ad ostia fluv. Gelæ, 35. mill. ab Agrigento in ortum, Syracusas versus 50. Pop. Gelenses, aliis Gelani. ☞ ibi stagnum tetro odore accendentes abigens; & fontes duo, unus fœcunditatem, alter sterilitatem adducens.

Gelæ, pop. Mediæ, in Parthiæ confinio, aliis Geli, ubi nunc forsan *Gilan* prov. Persiæ.

Gelar. V. Galatia.

Gelbis, fluv. parvus Trevirorum in Gallia Belgica, nunc *Kyll*, oritur in confinio Ducatus Limburgensis, deinde in Mosellam se exonerat una leuca infra Treviros.

Gelboe, גלבוע mons Palæstinæ, aliàs in Tribu Issachar, postea in Galilæa, & in Samariæ confinio, extenditur per 30. mill. inter montem Thabor & à Jezrael ad occas. & Genesaram lacum ad ortum.

* *Euseb. Nierremberg*; de montibus Gelboe, de miris terræ prom. cap. 78.

Geldenacken. V. Judonia. V. Gildonacum.

Gelder. V. Gueldria.

Gelderlands. V. Gueldria.

Geldria, urbs Belgii in prov. cognomine. V. Gueldria.

Gelduba, oppid. Mœsiæ, in confinio Thraciæ.

Gelduba, oppid. Ubiorum in Germania infer. nunc *Gelaub*, & contracte *Gelb*, vicus ditionis Coloniensis, & in Rheni ripa, 9. m. p. infra Novesium in Septentr. & 2. supra *Ordinghen* oppid. in Meridiem.

Gelfesen. V. Bucephala.

Geliboli. V. Callipolis.

Gelisa, *Gelise* vulgò, fluv. Aquitaniæ, in Lossam cadens.

Gella, oppid. Vaccæorum in Hisp. Tarrac. nunc *Santoyo*, in Regno Legionensi, & in tractu Camporum.

Gellinhemum, antea *Gellinheim*, nunc *Gellheim*, vicus agri Wormatiensis intra fines Palatinatus Rheni, ad radices Tauni montis, prope Monasterium *Rosendal*, uno mill. Germ. à Wormatia in occasum.

Gellus, fluv. parvus Apuliæ, al. Vergellus, ☞ super quem Annibal pontem ex cadaveribus interfectorum fecit prope Cannas.

Gelnhusa, *Gelnhausen*, urbs est parva Germaniæ in Veteravia prov. dicitur etiam Gelhusium, ad fluv. Kinzium *Kintz*, intra fines ditionis Moguntinæ, 7. mill. Germ. à Francofurto in ortum.

Gelon, & Clæon, fontes duo vicini, ad montes Celænarum in Phrygia magna.

Geloni, pop. Mœsiæ infer. in Scythia prov. inter Thraces & Getas incolentes, ☞ ad ostia Istri fluv. Solebant se pingere, ut in prælio terribiliores apparerent, sanguinemque equinum potabant.

Gelonium, stagnum Siciliæ, ad Gelam ☞ urbem, odore suo tetro accedentes expellens.

Gelnchalas. V. Mantiana.

Gelues. V. le *Gerbi*.

Gemaa. V. Gontiana.

Gemar. V. Geamaringa.

Gemblacum, oppid. Belgii aliis Geminiacum, vulgò *Gemblours* incolis, *Giblou* Gallis, oppid. Belgii Hispani, ad amnem *Orne*, in limite Comitatus Namurcensis, 3. leucis à Namurco in occas. Nivigellam versus 5. & 7. à Lovanio in Merid. est in Tetrarchia Lovaniensi.

* *Sigiberti Monachi*, gesta Gemblacensium Abbatum.

Gemblours. V. Gemblacum.

Gemella Augusta, oppid. Hispaniæ. V. Tucci.

le Gemen, & *Jemen*. V. Arabia fœlix.

Gemeticum, sive etiam Gemeticense cœnobium, *Jumiges*, Abbatia celebris Galliæ in Normannia prov. ad Sequanam fluv. & in Rothomagensi tractu, 5. leucis infra Rothomagum in occasum, & 2. à Calidobecco in Meridiem.

Geminiacum, oppid. recentioribus Gemblacum. V. ibi.

Gemmacum, Jamesium à recentioribus. V. ibi.

Gemmarum mont. V. Caprianos.

Gemminus Lacus, *Germinago*, pagus agri Mediolanensis, in Italia, ad Verbanum lacum, à Mediolano 38. à Lucano & Varesio oppidis 8. mill.

Gemona. V. Glemona.

Gemunda, *Gemund*, oppidul. Franconiæ, ad Mœnum fluv. ubi recipit Salam, 2. mill. Germ. ab Herbipoli in Septentr. Fuldam versus, & 5. à Schuvinfurto.

Gemonda, *Gemunuem*, oppidul. Germaniæ in Palatinatu Rheni, & in tractu Hunnorum, dorso dicto, ad Simmeram fluviol. 4. mill. à Bringio in occas. Treviros versus, in Comitatu Sponheimensi infer. sub Electore Palatino.

Gemunda, *Gemund*, oppidul. Germaniæ, in Austria superiori, ad lacum *Draun zée* dictum etiam ab eo *Gemunderzée*, versus montes, & fluv. *Drana*.

Gemunda, seu Gamunda, *Gemund*, seu *Schwabischen Gemund*, urbec. Germaniæ, Imperialis & libera, in Svevia, & in valle Raemsia juxta fluv. *Rems*, 7. mill. Germ. à Stugardia in ortum Nerolingam versus. Muro cincta fuit anno 1110., & sedet in confinio Ducatus Wirtembergensis.

Gemundersée. V. Felicis lacus.

Gemunuen. V. Gemunda.

Genabum. V. Aureliæ.

Genadium, melius Canadium. V. Canadium.

Genamani. V. Gythires.

Genape. V. Gamapius vicus.

Genauni, pop. Vindeliciæ, in limite Rhætiæ, versus Oenum fluv. & Comitatum Tirolis.

Genazzano. V. Genestanum. V. Juventianum.

Gendinar. V. Cinyria.

Gends & *Gent*. V. Gandavum. V. Ganda.

Geneß. V. Pontus.

Genehoa Regnum, *le Royaume de Genehoa*, Regnum Africæ, in Nigritia, in

tia; in ora Oceani Atlantici, versus ostia fluvii Senegæ & prom. Arsinarium, terminatur à Septent. Regno Gualata, & ad ortum Regno Tombuti.

Genep. V. Ceuchum. V. Genepum.

Genepum, & Genapum, *Genep*, oppid. Germaniæ, in Ducatu Clivensi, ad Mosam fluv. ubi recipit Niersam. Electori Brandeburgico nunc subest, 2. mill. Germ. à Clivia in occas. hyb. & 6. à Vesalia in occas. æstivum.

Genas. V. Genua.

Genesareth, lacus Palæstinæ Hebræis, aliis Genesara, aliàs inter Tribum Zabulon ad occas. & dimidiam Tribum Manassem ad ort. postea in Galileæ finibus, qui & mare Tiberiadis dicitur, & mare Galileæ, longus est 18. m. p. à Septent. in Merid. & latus septem ab ortu in occasum.

Genesareth, sive Cenereth etiam Hebræis, Genesara aliis, oppid. Palæstinæ in Tribu Zabulon, postea Tiberias etiam dictum, in Galilæa, juxta lacum ab eo Genesaram dictum, urbs Episcopalis facta à Christianis, nunc vicus parvus *Tabarie* dictus, sub dominio Turcarum, 15. m. p. à Scythopoli in Septentrionem.

Genesborruvia, *Gainsborough* incolis, qui *Gainsbaran* pronunciant, oppidul. Angliæ in Lincolnia prov. ad Trentam fluv. in ipso limite Nostinghamiæ, Comit. & 12 m. p. à Lincolnia in occasum æstivum.

* *Genesianum* Concilium, seu ap. S. Genesium, sub Greg. VII. extat in Collect. Concil. Paris. T. XXVI. f. 566.

Genestanum, *Genazzano*, castrum Italiæ in ditione Ecclesiæ, & in Campania Romana, ad Anienem fluv. & versus montes in Diœcesi Prænestina.

Geneva, urbs Allobrogum in Gallia Narb. nunc *Geneve* incolis & Gallis, *Genff* Germ. *Ginevra* Hisp. & Italis, urbs intra limites Sabaudiæ, ad Lemanum lacum, Episcopalis sub Archiepiscopo Viennensi, nunc libera, & sui juris est, 15. leucis à Camberiaco in Septentr. 7. ab Annessio, à Lugduno 24. in ortum æstiv. Bernam versus totidem.



* *Francisci Bonivardi*, Historia Genevensis, cujus Compendium Cosmographico suo Operi Munsterus inseruit.

Lud. (aliis *Jacobi*) *Capelli*, Plagiarius vapulans, seu Genevæ bona Fides in Translatione Bibliorum, contrà Petrum Cottonum S. I. Genevæ. 1620. in fol. gallicè.

Francesco Cerati, Geneura, Tragedia, in Venetia, 1638. in 12. in verso.

Salomonis Certonis, Coronæ Franciscæ Genevæ, Carmine. Genev. 1618. in 4. *Ejusdem* Geneva restituta, prosâ. 1635. in 4. *Ejusdem*, Discours de l'intendie à Geneve. Januier. 1670. in 8.

Vinc. Coronelli ejus figuram (in teatro delle Città) p. 2.

Petri Cottons S. J. Plagiaria; in quo opere ostendit, quænam S. Scripturæ Loca Calvini Genevenses in sua versione corruperint. Paris. 1618. in fol. *Ejusdem*, Relapsus Genevæ Plagiariæ. Lugd. 1620. in 4.

Ant. Fay, historia Genevæ liberatæ. Genevæ. 1582.

Rob. Fills, The Law of Geneva. London, 1562. in 8.

Jo: Jacob. Hoffman, plura in Lexico univ. et in ejus Continuatione. V. Geneva.

Joachimi Jacomoti, Carmen ob liberatam Genevam. Genevæ. 1603. in 4.

And. Jurgevicii, contra Genevenses Bellum Quinti Evangelii.

Joannæ de Jussie Monialis S. Claræ, Fermentum Calvinismi, sive Initium Hæresis Genevensis, Cambery. 1625.

Jacobi Lectii, Academiæ Genevensis Palingenesia, Genevæ. 1603. 4.

Gregorio Leti, historia della Città, e Republica di Geneva. in Amsterdam. 1686. in 12. in cinque volumi.

Lud. Morerius, in Dict. histor. V. Geneve.

Salustii Pharamundi, Carolus Allobrox, seu de Adventu Allobrogorum in Urbem Genevam. 1603. 4.

Petri de Ponteræci, Genevensia, Libris IX. Parisiis. 1512.

Floremundus Ræmundus, de Geneva, in historia de Ortu, & Processu Hæresum XVI. Sæculorum. Colon. 1655. in 4. ubi agit de Calvini Hæresi, lib. 7.

F. S. Geneva restituta, scil. Reformationis Genevensis historia. Genevæ, 1635. in fol.

Jacobi Sadoleti Card. Epistola ad Senatum, Populumque Genevensem, quâ in Obedientiam Rom. Pontificis eos reducere conatur; & ad eamdem Jo: Calvini Responsio. Argentorati. 1539.

Jacob. Spon, Histoire & antiquitez de Geneve, avec figures. Utr. 1685. in 8. gallicè. Lugd. 1681. in 12. gallicè.

Aug. Thuanus, plura in sua Historia.

Rob. Tillis, The Laws of Geneva. London. 1562. in 8.

Francisci Turretini Genevensis Pastoris, de necessaria secessione nostra ab Ecclesia Romana, & impossibili cum ea Syncretismo, Disputationes. Genevæ. 1687. in 4.

Anthoine de la Val, Mirouer des Calvinistes, & Armure des Chrestiens contre les Lutheriens & Evangelistes de Geneve. Paris. 1561. in 8.

de Geneva plura habes in Bibliotheca universali & historica gallicè edita Amstelod. 1687. in 12. in Tomo 2. anni 1686. die 12. Junii.

Anonymi, Genevensis Senatus, Populique Rerum, Domi, forisque gestarum Historiæ & Annales. Antuerp. 1579. in fol.

Genevois Jubilant &c. Poësies sur Geneve. 1635. in 4.

Histoire de l'Esclade & Entreprise sur Geneve. in 8.

la Voix du Roy des Mousquetaires de Geneve. 1646. in 4.

Ordonnances sur les Dixaines de la Ville de Geneve, en 8.

Ordonnances touchant la Reformation, ou Loix contre le Luxe en Habits & autres Depenses superflues, en 8.

la Description, ou le Miroir de Geneve, 1635. in 4.

Tariffe de Geneve, ou Taxe de ce qui s'y paye aux Juges, Avocats, Procureurs, Notaires &c. Genevæ. 1665. in 8.

Confessio Ecclesiarum Helveticarum, & Genevensium. Tiguri. 1566. in 4.

Instruction & Confession de la Foy, dont on use en l'Eglise de Geneve.

Edicts sur les Dixaines de la Ville de Geneve. Genev. in 8.

le Citadin de Geneve, ou Responce ou Cavalier de Savoye. Paris. 1606 in 8.

le Prieres de l'Eglise de Geneve.

l'Ordre & maniere de administrer les Sacrements en l'Eglise de Geneve, a sçavoir le Baptesme, la Cene &c.

les Ordonnances Ecclesiastiques de l'Eglise de Geneve avec l'ordre des Escoles de la dite Citè. Genev. 1568. in 8. ibidem 1677. in 8. ibidem 1609. in 8.

Conventus Genevensis, sive Concilium Ministrorum Genevensium in Diversorio quodam juxta Genevam habitum anno 1565.

Ordo, Ratioque docendi in Genevensi Gymnasio. Genevæ in Libello & Tabellis.

Discipline and Forme and Common Preyeres, &c. used in the Englisch Churc at Geneva. London. 1647. in 4.

Kirchen: Item Schul: Ordnung der Stagt Genff / Item derselben Stadt Glaubens: Bekänntnis. Herborn. 1593 in 8.

Genevense Concilium sub Hadriano I. extat in Collect. Conciliorum Parisiensi Tomo XVIII. in fol. 1.15.

Geneva Zwinglii Dogma suscepit anno 1555.

In prædictis Libris multi suos censura & prohibitione digni, & ex eorum titulo innotescit.

Geneve. V. Geneva.

Genevensis Lacus, *le Lac de Geneve*, inter Helvetiam & Sabaudiam. V. Lemanus lacus.

Genevensis Tractus, *le Genevois*, pars ampla Sabaudiæ, Ducatus titulo insignita, inter Fossiniacum tractum ad ort. Sabaudiam propriam ad Merid. & Rhodanum fluv. quo ab occid. & Septentr. separatus à Beugesia prov. & Gesia tractu.

le Genevois. V. Genevensis tractus, V. Gebennensis.

Genevre. V. Juniperus. V. Januarius.

Genezareth. V. Genesara.

Genff. V. Geneva.

das Genffzée. V. Lemanus.

Gengen, & *Giengen*. V. Rhiusiava.

Gengenbachium, *Gengenbach*, urbec. Germaniæ, Imperialis & libera, in Svevia prov. & in Mortnavia tractu, ad Cynthium amn. *Kinzig*, est in clientela Austriacorum, uno mill. Germ. ab Offemburgo in Merid. Sveviam propriam versus paulò plus, & tribus ab Argentorato in ortum.

Genischeher. V. Neapolis.

Genichiser. V. Nernæum.

Gennus, aliis Lapuedom, & Bajona; V. ibi.

Genova. V. Genua. V. Janua.

Genosa. V. Genusium.

Gensul. V. Melas.

Gent. V. Gaodacum.

Genta, urbs Indiæ extra Gangem.

Gentianum *Genzano*, castrum Campaniæ Romanæ in ditione Pontificia, juxta lacum Nemorensem, à quibusdam Cynthianum dictum, sub dominio nobili Ducis Cæsarini, & 18. mill. à Roma in ort. Tarracinam versus.

Gentilliacum, *Gentilly*, vicus Galliæ, uno mill. à Parisiis.

Gentilly. V. Gentilliacum.

Genua, urbs Hisp. Bæt. ab aliis Urso. V. ibi.

Genua, urbs Liguriæ in Gallia Cisalpina, Janua recentioribus, nunc *Genova* vulgo incolis, qui persæpe *Zena* pronunciant, *Genes* Gallis, *Genova*



In Padoua per Mattio Cadorin

Hisp: urbs est Italiæ, emporium celebre, & Archiepiscopalis, caput est totius Liguriæ, & Reipublicæ Genuensis dictæ, urbs est libera, in modum Theatri leniter in collem assurgens, cum portu, 270. mill. ab urbe Roma in occas. æstiv. Taurinum versus 75. à Florentia 135. in occas. 220. à Venetiis in occas. hyb. & 80. à Mediolano in Merid. Populi Genuenses vulgò *i Genovesi* Italis, *les Genois* Gallis, & *los Genoveses* Hispanis.

Nobi-



Nobilis Genuensis ex Titiano.

Genuensis Ditio, sive Genuensia Reipublicæ dominium, *il Genovesato*, seu *lo stato della Republica di Genova* incolis & Italis, *le Genovesat*, aut *l'Estat de la Republique de Genes* Gallis, prov. est Italiæ, olim major para Liguriæ, extensa versua oram maria Mediter. à quo terminatur ad Meridiem, uti ab Oriente Magno Ducatu Hetturiæ, & Ducatu Masiæ, à Septentr. Ducatibus Parmensi, Mediolanensi, & Montisferrati, atque Pedemontio, ab Occid. Comitatu Niceensi, Principatu Monœci, & Alpibus Maritimis, ejus longitudo ab ortu in occasum est 140. mill. circiter; latitudo veró parva est admodum, inter oram & Montem Apenninum, & valde angusta plurimis in locis, præsertim versus Savonam & confinia Montia Ferrati, sed alibi magis lata est, subestque dominio Reipublicæ Genuensis, Dividitur autem in duas partes, nempe in oram orientalem Genuensem, *la Riviera di Genova di Levante*, quæ extenditur fere ad 60. mill. a Genua usque ad confinia Ducatus Masæ in Hetturia: & in oram occident. Genuensem, *la Riviera di Genova di Ponente*, quæ protenditur à Genua usque ad Portum Herculia Monœci, & Comitatum Niceensem.

* *Gotifredo di Albaro* Notaro di Genova; due Commentarii delle cose di Genova. M. S.S.

Lud. Albritii S. I. Oratio ad Genuenses de Unione. Italicè. Genuæ. 1606.

Guil. de Alexandria ord. Servorum, de Genuensis Civitatis antiquitatibus Annales carmine heroico.

S. Antoninus, de Mutatione Status Genuensium tempore Benedi. XI. in Chronico, tit. 21. cap. 4.

D. Prosperi Aquitanici, Responsiones ad Excerpta Genuensium, in ejus Operibus.

M. Ant. Bellonii, Decisiones Rotæ Genuensis. Venet. 1582. in fol.

Ant. Bernabò, Discorso nel giorno Anniversario della Union della Republica di Genova. Firenze. 1606. in 4.

Petri Bizarri, Historia Senatus, Populique Genuensis. Antu. 1579. in fol.

Anton. M. di S. Bonaventura, li Lazzaretti della Città, e Riviere di Genova, ouero Historia del Contagio di Genova dal 1657. Genova. 1658. in 4.

Bertolini de Bonifacio, Annales Genuensium usque ad annum 1280. Extant M. SS. in Bibliotheca Vaticana.

Jacobi Bonfadii, Annalium Genuensium libri quinque

Jacobi Bracelli, de claris Genuensibus. Paris. 1520. in 4. Romæ. 1579. in 4. & 1573. in 4. *Ejusdem* de Bello quod inter Hispanos & Genuenses sæculo suo gestum fuit, extat cum Pontano de Bello Neapolitano. Hagenoæ. 1530. in 4. & cum Urbium Italiæ Scriptoribus variis. Francof. 1650. in fol. *Ejusdem*, Oræ Ligusticæ descriptio; extat cum Tractato de Bello Genuensi. Romæ. 1579. in 4.

Petri Bapt. Burgi, de Dominio Reipublicæ Genuensis in Mari Ligustico. libr. 2. Romæ. 1641. in 4.

Caffari, Annales Genuensium ab anno 1100. ad 1165. extans M. S.S. Romæ & Genuæ.

Agostino Calcagnini, le sacre Palme Genovesi, cioè le Vite de Santi Martiri Genovesi, &c. Genova. 1655. in 4.

Petri à Castro, Pestis Neapolitana, Romana, & Genuensis anno 1656. & 1657. Delineata, & Comment. illustrata. Veronæ. 1657. in 12.

Jo: M. Catano Novariensis descripsit Genovam carmine felici; obiit 1570.

Girolamo Cataneo di S. Josu, le Saggie difficolta del Principato di Genova, Discorso nell'Incoronatione del Doge. Cesena. 1658.

Gio: Giacomo Cavallo; Libertà Genovese sotto la Protettione della Regina de Cieli. Genova. 1651. in 4.

Ejusdem la Cittara Zeneise. Poesie. Genova. 1636. in 12.

Hilario Cavi C. R. de Unione Oratio ad Genuenses, italicè. Genuæ. 1619. in 4.

Flaminii Chartarii, Decisiones Causarum Executivarum Rotæ Genuensis. Francof. 1608. in 4.

Christoph. à Ciprico, Historia Genuensium ab anno 1099. ad annum 1435. extas M. SS.

Vinc. Coronelli ponit ejus figur. (nel Teatro delle Città, e nell'Isolario) p. 1.

Alberico Cyba, Lettere alla Republica di Genova; si trovano nelle Lettere de Prencipi.

Gio: Battista Dadieci C. R. Genova di Unioni Genetrice seconda descritta. Genova. 1644. in 4. *Ejusd.* Oratio de Unione ad Genuenses, italicè. Genuæ. 1648. in 4.

Federico Federici, Lettera di alcune memorie della Republica di Genova. Genova. 1634. in 4. & ampliata dall'Autore. Genova. 1641. in 4.

Ejusdem, Lettera, nella quale si narrano alcuni Meriti più importanti della Republica di Genova. Genova. 1642.

Franc. Flisci (Fieschi) Leges Reip. Genuensia, italicè. Genuæ. 1528., & Papiæ. 1575. in 4.

Uberto Folieta, Historie della Rep. di Genova, libri 12. in Genova. 1587. in 4. ibid. 1585. in fol. in Milano. 1575. in 8.

Ant. Foresti, della Republ. di Genova, nel Mappamundo istorico, tomo 4. p. 1. lib. 5.

Gio: Battista Fornari, le Leggi della Rep. di Genova. Genova 1528. & 1545.

Agostino Franzone, Nobiltà di Genova. Genova. 1636. in fol.

Ant Frumentii, Epistolæ duæ continentes præparationem ad Historiam, & Acta Genuensium. Genuæ 1554. gallicè.

Ant. Galli, Comment. rerum Genuensium, extat M. SS. Mediolani in Bibl. Ambrosiana.

Dionysii à Genua ord. min. Observ. Armonicæ Diœcesis Genuensis ac Franciscanæ Religionis circa Divinorum Officiorum pensum in Romano Ritu, &c. Genuæ 1667. in fol.

Don Luis de Gongora, Real Grandezza della Rep. di Genova, en Lengua Espannola. Madrit. 1665. eadem aucta, & versa in Italicum a *Carolo Sperone*. Genuæ in fol.

Giuliano Gosolino, Congiura del Co: Gio: Fieschi contro la Republica di Genova.

Jo: Georg. Grævii, thesaurus antiquitatum, & historiarum Italiæ Mari Ligustico & Alpibus vicinæ, in quò continentur omnes Scriptores Ligurum, & Insubrum, seu Genuensium, & Mediolanensium &c. historiæ. Lugd. Bat. 1704. in fol.

Theod. Graswinckel, Vindiciæ Maris Liberi contra Petrum Baptistam Burgum. Hagæ. 1652. in 4.

Franc. Guerini C. R. Oratione della Unione alla Rep. di Gen. ibid. in 4.

Jo: Jacob. Hoffman, pleraque in Lex. univ. ac in ejus Continuat. V. Genua.

Paolo Interiano, ristretto delle Historie Genovesi. Luca 1551. in 4. ibid. 1572. in 4.

Augustini Justiniani, Annales Genuensis Ecclesiæ & Reipublicæ castigatissimi, italicè. Genova 1537. in fol.

Bernardi Justiniani, Dialogus inter Hispaniarum Regem, & Albæ Ducem, an expediat, & possibile sit obtinere Genuam. anno 1577. Italicè, extat M. S. in Bibl. Barberina, Romæ. tomo 1132. in fol. 256. *Ejusd.* Commentarii super Statuta Civitatis Genuæ.

Jo: Augustini della Lengueglia, Bellum. Genuesium contra Alphonsum Regem Aragoniæ, Italicè. Genuæ. 1643. 4.

Jannotii Manetti, Janaensium historia, & laudmiu, libris 2.

Hier. Mariliani, Observatiunes & Decisiones Genuenses. Francof. 1589. in 8.

Dominici de Marinis, Prima Diœcesana Synodus Genuæ habita anno 1619. Romæ 1619. in 4.

Hier. de Marinis, Genua, sive Genuensis descriptio. Genuæ 1656. in 4. 1677. in 12.

Jo: Marini, Leges Reip. Genuvensis per ipsum reformatæ anno 1528. prodiere ibidem eodem anno.

Agostino Mascardi, la Congiura del Co: Gio: Luigi Fieschi. Venet. 1627. in 8. Aversa. 1629. in 4. Milano. 1629. in 8. e con l'aggiunta di alcuna oppositioni in difesa della detta Congiura; in Bologna 1629. in 4. in Venetia. 1637. in 4. prodiit & Gallicé, & Hispanicé.

